





P. 57.

22
A 5
117531

QVADERNO
DE FVNCIONES

DE TIEMPO, ADMINISTRACION
de Sacramentos, Oficio de Sepultura,
Procesiones, y otros Actos
de Comuni-
dad.

SEGUN EL MANVVAL

DE LA

SANTA PROVINCIA

DE

S. DIEGO.

POR

Fr. FRANCISCO DE SAN NICOLAS
SERRATE,

Lector de Theologia, y Ex-
Difinidor.



23

77

4

Manuscrito en escritura cursive, probablemente un título o nombre de obra.

Manuscrito en escritura cursive, probablemente un nombre de autor.



SEGUN EL MANTENIMIENTO
DE LA
SANTA PROVINCIA
DE
S DIEGO
POR
FRANCISCO DE SAN NICOLAS
SERRATE
Lector de Theologia, y Ex-
Distinguido



TRAFADO I.

FVNCIONES DE TIEMPO.

Aspercion en los Domingos.

E Ntre año: Asperges me.

E n tiempo Pasqual: Vidi aquam.

ŷ. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

En tiempo Pasqual. Alleluia.

ŷ. Domine exaudi orationem meam.

ŷ. Dominus vobiscum.

OREMUS.

EXaudi nos, Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus; & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de Coelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum.

ORACION DE EL
SS.^{MO} SACRAMENTO.

OREMS.

2. **D**Eus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue quæsumus, ita nos corporis, & sanguinis tui sacramyteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum.

DIA DE PURIFICACION.

En començando la distribucion de las velas entonan los Cantores, prosiguiendo el Coro, la Antifona, y Cantico, con las repeticiones siguientes.

Cantores.

Lumen.

Coro.

Ad revelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

Cantores.

Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace.

Coro.

Lumen ad revelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

Cant.

Dia de Purificacion.

Cantores.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum.

Coro: Lumen, &c.

Cantores.

Quod parasti ante faciem omnium populorum.

Coro: Lumen, &c.

Cantores.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Coro: Lumen, &c.

Cantores.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, &c.

Coro: Lumen, &c.

Cantores.

Exurge Domine,

Coro.

Adiuva nos, & libera nos propter nomen tuum.

Cantores.

Deus auribus nostris audivimus.

Coro.

Patres nostri annuntiaverunt nobis.

Cantores.

Gloria Patri, &c.

Coro: Sicut erat in principio, &c.

Cantores.

Exurge Domine,

Coro.

Adiuva nos, & libera nos propter nomen tuum.

En

En principiando à caminar la Proceſſion, entonan los Cantores, proſiguiendo el Coro, la Antifona ſiguiente.

Cantores.

Adorna thalamum tuum, Sion.

Coro.

Et Suscipe Regem Christum: amplectere Mariam, quæ est cœlestis porta: ipsa enim portat Regem gloriæ noviluminis: subsistit Virgo, adducens manibus Filium ante luciferum genitum: quem accipiens Simeon in vlnas suas, prædicavit populis Dominum eum esse vitæ, & mortis, & Salvatorem mundi.

Otra Antifona: Responsum accepit Simeon à Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini: & cum inducerent puerum in templum, accepit eum vlnas suas, & benedixit eum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine in pace.

Cantores.

¶ Cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: ipse accepit eum in vlnas suas.

Entrando en la Iglesia, entonan los Cantores

℞. Obtulerunt pro eo Domino.

Coro.

Par turturum, aut duos pullos columbarum:
* Sicut scriptum est in lege Domini.

Can-

Cantores.

¶ Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi, tulerunt Iesum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino.

Coro.

* Sicut scriptum est in lege Domini.

Cantores.

¶ Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Coro.

* Sicut scriptum est in lege Domini.

DIA DECENIZA.

4.

Cantores.

Exaudi nos Domine,

Coro.

Quoniam benigna est misericordia tua : secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos Domine.

Cantores.

Saluum me fac Deus.

Coro.

Quoniam intraverunt aquæ vsque ad animam meam.

Cantores.

¶ Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Coro.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in
se-

saecula saeculorum. Amen.

Cantores, prosiguiendo el Coro.

Exaudi nos Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos Domine.

En comenzandose la imposicion de las Cenizas, entonan los Cantores, prosiguiendo el Coro

Antifona: Immutemur habitu in cinere, & cilicio: Ieiunemus, & ploremus ante Dominum: quia multum misericors est dimittere peccata nostra Deus noster.

Antifona: Inter vestibulum, & altare plorabunt Sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo, & ne claudas ora canentium te Domine.

Los Cantores, siguiendo el Coro, entonan el Responso siguiente:

R. Emendemus in melius,

Quæ ignoranter peccavimus: ne subito præ occupati die mortis, quæramus spatium poenitentiae, & invenire non possimus. * Attende Domine, & miserere: quia peccavimus tibi.

Cantores.

ÿ. Adiuva nos Deus salutaris noster: & propter honorem nominis tui Domine libera nos.

Coro.

* Attende Domine, & miserere, quia peccavimus tibi.

Can-

Dia de Ceniza.

Cantores.

✠ Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Coro.

* Attende Domine & miserere, quia peccavimus tibi.

DOMINGO DE RAMOS.

Cantores.

Hosannà filio David:

Coro.

Benedictus qui venit in nomine Domini. O Rex Israel: Hosannà in excelsis.

Cantores.

Gradual: Collegerunt Pontifices,

Coro.

Et Pharisei concilium, & dixerunt: quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, * Et venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.

Cantores.

✠. Unus autem ex illis, Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, prophetavit, dicens: expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitaverunt interficere eum, dicentes:

Coro.

* Et venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.

B

Mien-

Mientras la distribución de los Ramos, se cantan las Antifonas siguientes, principiando los Cantores, y siguiendo el Coro.

Antifona

PVeri Hebræorum portantes ramos olivarum obviaverunt Domino, clamantes, & dicentes: Hosannà in excelsis.

Antifona.

PVeri Hebræorum vestimenta prosternebant in via, & clamabant, dicentes: Hosannà filio David, benedictus, qui venit in nomine Domini.

En principiándose la Procecion canta el Coro, entonando los Cantores, las Antifonas siguientes.

Antifona.

CUm appropinquaret Dominus Ierosolimã, misit duos ex discipulis suis, dicēs: Ite in castellũ, quod contra vos est, & invenietis pullum asinæ alligatum, super quem nullus hominum sedit: solvite, & adducite mihi. Si quis vos interrogaverit, dicite: opus Domino est. Solventes adduxerunt ad Iesum, & imposuerunt illi vestimenta sua, & sedit super eum: alij expandebant vestimenta sua in via: alij ramos de arboribus sternebant; & qui sequebantur, clamabant: Hosannà, benedictus qui venit in nomine Domini: Benedictum regnum Patris nostri David: Hosannà in excelsis: miserere nobis fili David.

An-

Antifona.

CUM audiret populus, quia Iesus venit Ierosolimam, acceperunt ramos palmarum, & exierunt ei obviam, & clamabant pueri, dicentes: hic est, qui venturus est in salutem populi. Hic est salus nostra, & redemptio Israel. Quantus est iste, cui Throni, & Dominationes occurrunt? Noli timere filia Sion: ecce Rex tuus venit tibi, sedens super pullum asinae, sicut scriptum est: Salve Rex fabricator mundi, qui venisti redimere nos.

En la buelta de la Procecion, los Cantores con otros dentro de la Iglesia cantan los versos, repitiendo fuera el Coro con el orden siguiente.

Cantores.

Gloria, Laus, & honor tibi sit Rex Christe Redemptor:

Cui puerile decus prompsit Hosanna pium.

Coro.

Gloria, Laus, & honor tibi sit Rex Christe Redemptor:

Cui puerile decus prompsit Hosanna pium.

Cantores.

Israel es tu Rex, Davidis & inclyta proles:

Nomine qui in Domini Rex benedicte venis.

Coro.

Gloria, Laus, & honor, &c. Como la vez primera.

Cantores.

Coetus in excelsis te laudat coelicus omnis.

Et mortalis homo , & cuncta creata simul,

Coro.

Gloria , Laus, & honor, &c.

Cantores

Plebs Hebræa tibi cum panis obvia venit :

Cum prece, voto, hymnis , ad fumus ecce tibi.

Coro.

Gloria, Laus, & honor, &c.

En entrando en la Iglesia, entonan los Cantores , pro-
siguiendo la Comunidad, el responso siguiente.

Cantores.

Ingrediente Domino.

Coro.

In Sanctam Civitatem , Hebræorum pueri resur-
rectionem vitæ pronuntiantes, * Cum ramis pal-
marum, Hofannà clamabant in excelsis.

Cantores.

¶ Cum audisset populus, quod Iesus veniret Iero-
solimam, exierunt obviam ei.

Coro.

* Cum ramis palmarum , Hofannà clamabant
in excelsis.

JUEVES SANTO.

Antiphona Communicanda.

Cantores.

Dominus Iesus,

Coro.

Postquam cenavit cum discipulis suis, lavit pedes eorum, & ait illis: *Quis* quid fecerim vobis ego Dominus, & Magister? Exemplum dedi vobis, ut & vos ita faciatis.

*Para la Procecion.**Hymno.*

P Ange lingua gloriosi
 Corporis mysterium,
 Sanguinisque pretiosi,
 Quem in mundi pretium
 Fructus ventris generosi
 Rex effudit Gentium.

Nobis datus, nobis natus
 Ex intacta Virgine,
 Et in mundo conversatus,
 Sparso verbi semine,
 Sui moras incolatus
 Miro clausit ordine.

In supremæ nocte cenæ
 Recumbens cum fratribus,
 Observata lege plenè
 Cibis in legalibus,
 Cibum turbæ duodenæ
 Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum
 Verbo carnem efficit:

Fit

Jueves Santo.

Fitque Sanguis Christi merum,
 Et si sensus deficit,
 Ad firmandum cor sincerum
 Sola fides sufficit.

Tantum ergo sacramentum
 Veneremur cernui:
 Et antiquum documentum
 Novo cedat ritui:
 Præstet fides supplementum
 Sensuum defectui.
 Genitori, Genitoque
 Laus, & iubilatio,
 Salus, honor, virtus quoque
 Sit & benedictio:
 Procedenti ab utroque
 Compar sit laudatio. Amen.

Para desnudar los Altares despues de los Oficios.

Antifona.

Diviserunt sibi vestimenta mea: & super vestem
 meam miserunt sortem.

Psalmo 21.

DEus, Deus meus, respice in me: quare me
 dereliquisti? * longè à salute mea verba de-
 lictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies:
 & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu

Tu autem in sancto habitas : * laus Israel.

In te speraverunt patres nostri : * speraverunt, & liberaisti eos.

Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt : * in te speraverunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo : * opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me : * locuti sunt labijs, & moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum : * salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me : * spes mea ab vberibus matris meae, in te proiectus sum ex utero.

De ventre matris meae Deus meus es tu, * ne discesseris à me.

Quoniam tribulatio proxima est : * quoniam non est qui adiuvet.

Circundederunt me vituli multi : * tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum : * sicut Leo rapiens, & rugiens.

Sicut aqua effusus sum : * & dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tanquam cera liquefscens : * in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea
ad-

adhæ sit facibus meis: * & in pulverem m^o de-
duxisti me.

Quoniam circundederunt me canes multi:
* consilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas, & pedes meos: * dinu-
meraverunt omnia ossa mea.

Ipsi verò consideraverunt, & inspexerunt me:
* diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem
meam miserunt sortem.

Tu autem Domine ne elongaveris auxilium
tuum à me: * ad defensionem meam conspice.

Erue à framea Deus animam meam: * & de
manu canis vnicam meam.

Salva me ex ore Leonis: * & à cornibus vnicor-
nium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: * in me-
dio Ecclesiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum: * vniver-
sum semen Iacob glorificate eum.

Timeat eum omne semen Israel: * quoniam
non spreuit, neque despexit deprecationem paupe-
ris.

Nec avertit faciem suam à me: * & cum clama-
rem ad eum, exaudivit me.

Apud te laus mea in Ecclesia magna: * vota
mea reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes, & saturabuntur: * & lauda-
bunt

bunt Dominum qui requirunt eum: * vivent corda eorum in seculum in seculi.

Reminiscentur, & convertentur ad Dominum:
* vniversi fines terrarum.

Et adorabunt in conspectu eius: * vniversæ familiæ gentium.

Quoniam Domini est regnum: * & ipse dominabitur Gentium.

Manducaverunt, & adoraverunt omnes pingues terrarum: * in conspectu eius cadent omnes, qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivet: * & semen meum serviet ipsi.

Annuntiabitur Domino generatio ventura:
* & annuntiabunt celi iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

VIERNES SANTO.

7.

Los improperios se cantan en la forma siguiente.

Cantores.

Popule meus, quid feci tibi? Aut in quo contristavi te? responde mihi. Quia eduxi te de terra Ægypti, parasti crucem Salvatori tuo.

Coro diestro: Agios ò Theos.

Coro siniestro: Sanctus Deus.

Coro diestro: Agios Ichyros.

Coro siniestro: Sanctus Fortis.

C

Co.

Coro diestro: Agios Athanatos.

Eleison.

Coro siniestro: Sanctus immortalis.

Miserere nobis.

Cantores.

Quia eduxi te per desertum quadraginta annis, & manna cibavi te, & introduxi te in terram satis bonam, parasti Crucem Salvatori tuo.

Los Coros repiten lo mismo, que dixeron antes alternativamente hasta el miserere nobis inclusive.

Cantores.

Quid ultra debui facere tibi, & non feci? Ego quidem plantavi te vineam meam speciosissimam: & tu facta es mihi nimis amara: aceto namque fitim meam potasti: & lancea perforasti latus Salvatori tuo.

Los Coros repiten lo mismo, que antes.

Cantores.

ŷ. Ego propter te flagellavi Ægyptum cum primogenitis suis; & tu me flagellatum tradidisti.

Todo el Coro repite solamente.

Popule meus, quid feci tibi? Aut in quo contristavi te? Responde mihi.

Cantores.

ŷ. Ego eduxi te de Ægypto, demerso Pharaone in mare rubrum: & tu me tradidisti Principibus Sacerdotum.

Todo el Coro.

Popule meus, quid feci tibi? Aut in quo, &c. Como
antes.

Cantores.

ŷ. Ego ante te operui mare: & tu aperuisti lancea
latus meum.

Coro.

Popule meus, quid feci tibi? Aut in quo, &c.

Cantores.

ŷ. Ego ante te præivi in columna nubis: & tu me
duxisti ad prætorium Pilati.

Coro.

Popule meus, quid feci tibi? Aut in quo, &c.

Cantores.

ŷ. Ego te pavi mannà per desertum: & tu me ce-
cidisti alapis, & flagellis.

Coro.

Popule meus, quid feci tibi? Aut in quo, &c.

Cantores.

ŷ. Ego te potavi aqua salutis de petra: & tu me
potasti felle, & aceto.

Coro.

Popule meus, quid feci tibi? Aut in quo, &c.

Cantores.

ŷ. Ego propter te Chananaeorum Reges percussi:

C. 2

&

& tu percussisti arundine caput meum.

Coro

Popule meus, quid feci tibi Aut in quo, &c.

*Para la procesion
Hymno.*

VExilla Regis prodeunt,
Fulget Crucis mysterium,
Qua vita mortem pertulit,
Et morte vitam protulit.

Quæ vulnerata lanceæ
Mucrone ditto criminum
Ut nos lavaret fordibus,
Manavit vnda, & sanguine.

Impleta sunt, quæ concinit
David fideli carmine,
Dicendo nationibus:
Regnavit à ligno Deus.

Arbor decora, & fulgida,
Ornata Regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.

Beata cuius brachijs
Pretium pependit sæculi,
Statera facta corporis,
Tulitque prædam tartari.

Viernes Santo.

21

O Crux uve spes vnica,
Hoc p[er]is tempore
Pijs ad aug[mentum] gratiam,
Reisq[ue] c[on]de crimina.

Te fons salutis Trinitas,
Collaudet omnis spiritus:
Quibus Crucis victoriam
Largiris, adde præmium.
Amen.



TRA



TRATADO II.

ADMINISTRACION DE SACRAMENTOS,
Y OFICIO DE SEPULTURA.

PRECES DE LA IGLESIA POR LOS
Enfermos.

8. **E**L Sacerdote entrando al quarto de el Enfermo,
dize primeramente : Pax huic domui. R. Et
omnibus habitantibus in ea. Rociatodo aquel lugar,
y al Enfermo con agua bendita, diciendo: Asperges me
Dñe. &c.

Luego dize el Psalmo, Versos, y Oraciones siguientes.

Psalmo 6.

Domine, ne in furore tuo arguas me : * neque
in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine , quoniam infirmus
sum: * sana me Domine , quoniam conturbata
sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valdè : * sed tu Domi-
ne vsquequo?

Convertere Domine , & eripe animam meam:

* sal-

* saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui:

* in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in genu tu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum. Lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: * Dñs orationem meam suscepit.

Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: * convertantur, & erubescant valde velociter.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto: * Sicut erat in principio, &c.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Pater noster.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Salvum fac servum tuum.

℞. Deus meus sperantem in te.

Ÿ. Mitte ei Domine auxilium de Sancto.

℞. Et de Sion tuere eum.

Ÿ. Nihil proficiat inimicus in eo.

- R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
 V. Esto ei Domine turris fortitudinis,
 R. A facie inimici.
 V. Dominus opem ferat illi.
 R. Super lectum doloris eius.
 V. Dñe exaudi orationem meam,
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 V. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

O R E M V S.

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram, vt nos, & hunc famulum tuum, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Deus infirmitatis humanæ singulare præsidium, auxiliij tui super infirmum famulum tuum ostende virtutem: vt ope misericordiæ tuæ adiutus, Ecclesiæ tuæ Sanctæ incolumis representari mereatur.

Concede hunc famulum tuum, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis fanitate gaudere: & gloriosa Beatæ MARIÆ semper Virginis intercessione, à præsentis liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Christum Dñum nostrum. Amen.

Luego poniendo la mano derecha sobre la cabeza de el enfermo (lo mismo y la bendicion siguiente dize en qualquiera vez des despues de la Oracion) dize:

Super ægros manus imponent, & benè habebunt. Iesus Mariæ filius, mundi salus, & Dominus, meritis, & intercessione Sanctorum Apostolorum suorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum, sit tibi clemens, & propitius: Amen.

Despues echando la bendicion al Enfermo, dize:

Benedictio Dei Omnipotentis Patris ✠ & Filij, & Spiritus Sancti, descendat super te, & maneat semper. Amen.

Rozia al Enfermo con agua bendita.

Psalmo 31.

BEATI quorum remissę sunt iniquitates: * & quorum tecta sunt peccata. 9.

Beatus vir cui non, imputavit Dominus peccatum: * nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea * dum clamaret tota die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: * conversus sum in ærumna mea dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci: * & iniustitiam

D

stítiam

stittiam meam non abscondi.

Dixi, confitebor adversum me iniquitiam meam Domino: * & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis Sanctus: * in tempore opportuno.

Verumtatem in diluvio aquarum multarum: * ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: * exultatio mea, erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris: * firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus, & mulus: * quibus non est intellectus.

In campo, & freno maxillas eorum constringe: * qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: * sperantem autem in Domino, misericordia circumdabit.

Lætamini in Domino, & exultate iusti: * & gloriamini omnes recti corde. Gloria Patri, &c.

Sicut erat in principio, &c.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Ÿ. Sequentia Sancti Evangelij secundum Matheum

R. Gloria tibi Domine.

Y El Sacerdote se signa en frente, boca, y pecho; y si el enfermo, siendo varón, no se puede signar de el mismo modo, lo haze el Sacerdote: siendo muger, ò se signa ella, ò la signa otra muger.)

IN illo tẽmpore : Cũm introisset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Dõmine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquẽtur. Et ait illi Iesus: Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Dõmine, non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantũm dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit: & alij, Veni, & venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus miratus est, & sequẽntibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israèl. Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijciẽntur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dẽntium. Et dixit Iesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

Mat.
8.

O R E M U S .

Omnipotens Sempiternus Deus, salus æterna
 credentium: exaudi nos pro infirmo fa-
 mulo tuo N. pro quo misericordiæ tuæ implora-
 mus auxilium; vt reddita sibi sanitate, gratiarum
 tibi in Ecclesia tua referat actiones. Per Christum
 Dñum nostrum. Amen.

Psalmus 15,

Conserva me Domine, quoniam speravi in te:
 10. * dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam
 bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra eius: * mirificavit om-
 nes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: * postea
 accelaverunt.

Non congregabo conventicula eorum de san-
 guinibus: * nec memor ero nominum eorum per
 labia mea.

Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei:
 * tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: * etenim hæ-
 reditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intelle-
 ctum: * in super, & usque ad noctem increpue-
 runt me renes mei.

. Pro

Proy debam Domino in conspectu meo semper : > quoniam a dext. is est mihi, ne commovear.

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultavit lingua mea: * in super, & caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: * nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ ; ad implebis me lætitia cum vultu tuo : * delectationes in dextera tua vsque in finem.

Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c,

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Ÿ. Sequentia Sancti Evangelij secundum Marcum

R. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore : Recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Iesus : & exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis : quia ijs, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis : Euntes in mundum universum, prædicæ Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit : qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur : In nomine meo dæmonia eicient : linguis loquentur novis : serpentes tollent : & si mortiferum quid biberint, non eis nocèbit : super ægros manus imponent, & benè habebunt.

ORE.

ORE MV.

Virtutum cœlestium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem, & omnem infirmitatem præcepti potestate depellis; adesto propitius huic famulo tuo N. vt fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomen Sanctum tuum, instaurata protinus sanitate, benedicat. Per Christum Dñum nostrum. Amen.

Psalmo 19.

11. Exaudiat te Dominus in die tribulationis:
* protegat te nomen Dei Iacob.
Mittat tibi auxilium de sancto: * & de Syon tueatur te.

Memor sit omnis sacrificij tui: * & holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: * & omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: * & in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dñs omnes petitiones tuas: * nunc cognovi quoniam saluum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de Cœlo sancto suo: * in Potentatibus salus dexteræ eius.

Hi incurribus, & hi in equis: * nos autem in nomine

nomine Domini Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, & ceciderunt : * nos autem surreximus, & erecti sumus.

Domine salvum fac Regem : * & exaudi nos in die qua invocaverimus te.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto : * Sicut erat in principio, &c.

ψ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

ψ. Sequentia Sancti Evangelij secundum Lucam.

℞. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore : Surgens Iesus de synagoga, Luc. 4^a
 introivit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus : & rogaverunt illum pro ea. Et stans super illam, imperavit febrim : & dimisit illam. Et continuo surgens, ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos.

OREMVS.

Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui fragilitatem humanæ conditionis, infusa virtutis tuæ dignatione, confirmas, ut salutaribus remedijs pietatis tuæ corpora nostra, & mentes vegetentur : super hunc famulum tuum

pro-

propitiuſ intende, vt omni neceſſitate conualeſceat in-
firmitatis excluſa, gratia in eo priſtinæ ſanitatiſ
perfecte reparetur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
R. Amen.

Pſalmo 85.

[12.] **I**ncлина Domine aurem tuam, & exaudi me:
* quoniam inops, & pauper ſum ego.

Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum:
* ſaluum fac ſervum tuum, Deus meus ſperantem
in te.

Miferere mei Domine, quoniam ad te clamavi
tota die: * lætifica animam ſervi tui, quoniam ad
te Domine animam meam levavi.

Quoniam tu Domine ſuavis, & mitis: * &
multæ miſericordiæ omnibus invocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam:
* & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamavi ad te: * quia
exaudisti me.

Non eſt ſimilis tui in Dijs Domine: * & non eſt
ſecundùm opera tua.

Omnes gentes quaſcumque feciſti, venient, &
adorabunt coram te Domine: * & glorificabunt
nomen tuum.

Quoniam magnus eſ tu, & faciens mirabilia:
* tu eſ Deus ſolus.

Deduc

Deus tu Domine in via tua, & ingrediar in
 veritate tua: * & tetur cor meum, vt timeat no-
 men tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus, in toto
 corde meo: * & glorificabo nomen tuum in æter-
 num.

Quia misericordia tua magna est super me:
 * & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus iniqui infurrexerunt super me, & Synago-
 ga potentium quæsierunt animam meam: * & non
 proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator, & misericors:
 * patiens, & multæ misericordiæ, & verax.

Respice in me, & miserere mei: * da imperium
 tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, vt videant qui
 oderunt me, & confundantur: * quoniam tu Do-
 mine adiuuisti me, & consolatus es me.

Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio. &c.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Sequentia Sancti Evangelij secūdum Ioannem.

R. Gloria tibi Domine.

In illo tempore: Erat dies festus Iudeorum, & Ioan. 5:
 ascendit Iesus Ierosolimam. Est autem Iero-
 solymis Probatica piscina, quæ cognominatur He-
 braicè Bethesda, quinque porticus habens. In
 E his

his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum. expectantibus aquæ motum. Angelus autem Domini descendit. et secundum tempus in piscinam: & movebatur aqua. Et qui prius descendissent in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Iesus iacentem, & cognovisset quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogaverunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinavit à turba constituta in loco. Postea invenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

ORE.

OREMUS.

Rescipe Domine famulum tuum in infirmitate
 sui corporis laborantem, & animam refove,
 quam creasti; ut castigationibus emendatus, conti-
 nuo se sentiat tua medicina salvatum. Per Christum
 Dñum nostrum. R. Amen.

Psalmo 90.

13.

Qui habitat in adiutorio Altissimi, * in prote-
 ctione Dei cæli commorabitur.

Dicet Domino: Susceptor meus es tu, &
 refugium meum: * Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantiũ,
 * & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: * & sub pennis
 ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus, * non time-
 bis à timore nocturno.

A sagitta volante in die, à negotio perambu-
 lante in tenebris: * ab incurſu, & dæmonio meri-
 diano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à
 dextris tuis: * ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis: * & retri-
 butionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine spes mea: * altissi-

mum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandavit de te : * vt custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te : * ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem & basiliscum ambulabis : * & conculcabis leonem & draconem.

Quoniam in me speravit , liberabo eum : * protegam eum , quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me , & ego exaudiam eum : * cum ipso sum in tribulatione : eripiam eum , & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum : * & ostendam illi salutare meum.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

OREMUS.

OMnipotens sempiterne Deus , infirmitatem famuli tui propitius respice, atque ad protegendum eum dexterram tuæ majestatis extende. Per Christum Dñum nostrum. R. Amen.

Por vltima conclusion puede el Sacerdote en cada vez, que dixere estas Preces, dezir lo que se sigue:

ŷ. Dominus vobiscum.

R.

Rz. Et cum spiritu tuo.

v. Iniziam Sancti Evangelij secundum Ioannem.

Rz. Gloria tibi Domine.

Ioann. I.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. * Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratiae & veritatis.

Ioann.
I.

AD-

ADMINISTRACION DE EL VIATICO.

14. **E**Ntrando el Preste con el *SANTISSIMO* en el lu-
gar, donde està el Enfermo dize:

ŷ. Pax huic domui.

R. Et omnibus habitantibus in ea.

Luego, puesto el *SANTISSIMO*, y adorado, toma el
Hyssopo, y rozia Enfermo, y lugar, diziendo:

Asperges me Domine Hyssopo, & mundabor:
lavabis me, & super nivem de albor.

ŷ. Misere mei Deus, * secundum magnam mi-
sericordiam tuam.

Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c.

Asperges me Domine, &c.

ŷ. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

ŷ. Dñe exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

ŷ. Dñus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

EXaudi nos, Domine Sancte, Pater omni-
potens, æterne Deus: & mittere digneris
Sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat,

fo-

foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Después, dicha la Confesión, prosigue el Preste:

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimisis omnibus peccatis tuis, perducatur te ad vitam æternam. R. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, ✠ & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus. R. Amen.

El Preste prosigue absolutamente:

Dominus IESVS CHRISTVS, qui dixit discipulis suis: quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta, & in cælo: de quorum numero quamvis indignos nos esse voluit: ipse te absolvat per ministerium nostrum ab omnibus peccatis tuis, quæcumque cogitatione, locutione, operatione negligenter egisti, & à nexibus peccatorum absolutum perducere dignetur ad regna cælorum. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. R. Amen.

Luego, echa genuflexion, tomado el Vaso, y vna Forma con el indice, y pollice derechos, buelve al Enfermo, y dize more solito:

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Domine non sum dignus, vt intres subtectum meum;

meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.

Lo repite otras dos vezes, y el Enfermo lo dirá à lo menos una vez: acabado. le comulga, diziend:

Accipe frater Viaticum Corporis Domini nostri IESV CHRISTI, qui te custodiat ab hoste maligno, & perducatur in vitam æternam. R. Amen.

Depuesto el SANTISSIMO, y purificado el Preste, dize:
 y. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: te fideliter deprecamur, vt accipienti fratri nostro Sacrosanctum Corpus Domini nostri IESV CHRISTI filij tui, tam corpori, quam animæ proficit ad remedium sempiternum. Qui tecum vivit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, iper omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

SACRAMENTO DE LA EXTREMA-VNCION.

15. *Entrando al lugar, en que está el Enfermo, dize el Preste:*

y. Pax huic domui.
 R. Et omnibus habitantibus in ea.

Le

Le d' à besar la Cruz, diziendo:

Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, quia per Sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

Rozia Enfermo, y lugar con agua bendita, diziendo la

Antifona: Asperges me, &c. y despues dize:

ψ. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit coelum, & terram.

ψ. Dñus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

INtroeat, Domine IESV CHRISTE, domum hanc sub nostræ humilitatis ingressu, æterna felicitas, divina prosperitas, serena lætitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus dæmonum; adsint Angeli pacis, domumque hanc deleat omnis maligna discordia. Magnifica, Domine, super nos nomen Sanctum tuum; & benedic ✠ nostræ conuersationi: Sanctifica nostræ humilitatis ingressum, qui Sanctus, & pius es, & permanes cum Patre, & Spiritu Santo, in sæcula sæculorum. ℞. Amen.

OREMVS.

ET de precemur Dominum nostrum IESVM-CHRISTUM, vt benedicendo benedicat ✠ hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo,
F &

& det eis Angelum bonum Custodum, & fiat eos sibi servire ad considerandum mirabilia de lege sua: avertat ab eis omnes contrarias potestates: eripiat eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione, ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus in secula seculorum. R. Amen.

O R E M V S.

EXaudi nos, Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Aora se dize la Confession, y despues dize el Preste:

Misereatur tui omnipotens Deus, &c. R. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, ✠ remissionem, &c. R. Amen.

Aqui comiençan los Religiosos los Penitenciales, y Letanias, como estàn despues, hasta Christe exaudi nos; y el Preste con el vaso de el Oleo, llegando se al Enfermo, dize:

In nomine Patris ✠ Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti, extinguatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum, & per invocationem omnium Sanctorum Angelorum, Archangelorum,

lorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul Sanctorum. Amen.

Luego tiñendo en el Oleo Santo la yema de el pollice derecho, comienza el Preste las Únciones, en forma de Cruz, y diziendo las palabras de la Forma en cada Úncion, como van puestas, limpiandolas el Ministro de Orden Sacro, que assiste al Preste, como dize el Manual.

A los ojos.

PER ista Sanctam Úncionem ✠ & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per visum deliquisti. Amen.

A los oydos.

PER istam Sanctam Úncionem ✠ & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per auditum deliquisti. Amen.

A las narizes.

PER istam Sanctam Úncionem ✠ & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

A la boca, cerrados los labios.

PER istam Sanctam Úncionem ✠ & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per gustum, & locutionem deliquisti. Amen.

Alas manos.

Per ista Sanctam Vnctionem ✠ & suam pijsi-
mam misericordiam, indulgeat tibi Domi-
nus quidquid per tactum deliquisti. Amen.

Alas pies.

Per istam Sanctam Vnctionem ✠ & suam pijsi-
mam misericordiam, indulgeat tibi Domi-
nus quidquid per gressum deliquisti. Amen.

Alas lomos, ò riñones.

Per istam Sanctam Vnctionem ✠ & suam
pijsimam misericordiam, indulgeat tibi
Dominus quidquid per lumborum delectationem
deliquisti. Amen.

P S A L M O S

PENITENCIALES.

*Antifona: Ne reminiscaris.**Psalmo 6.*

Domine, in furore tuo arguas me: * neque
in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum:
* sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa
mea.

Et anima mea turbata est valde: * sed tu Domi-
ne vsquequo?

Convertere Domine, & eripe animam meam;
* sal.

* saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui:

* in inferno autem quis confitebur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: * lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatē: * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: * Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, & conturbentur omnes inimici mei: * convertantur, & erubescant valde velociter.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto: * Sicut erat in principio, &c.

Psalmo 31.

BEATI quorum remisse sunt iniquitates: * & quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum: * nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea: * dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: * conversus sum in ærumna mea dum configitur spina.

De-

Delictum meum cognitum tibi feci : * & iniustitiam meam non absconci.

Dixi , confitebor adversum me iniustitiam meam Domino : * & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis Sanctus : * in tempore opportuno.

Verumtamen in diluvio aquarum multarum : * ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione , quæ circumdedit me : * exultatio mea , erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo , & instruiam te in via hac qua gradieris : * firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus , & mulus : * quibus non est intellectus.

In campo , & freno maxillas eorum constringe : * qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris : * sperantem autem in Domino , misericordia circumdabit.

Lætamini in Domino , & exultate iusti : * & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri , &c. Sicut erat in principio . &c.

Psalmo 37.

Domine , ne in furore tuo arguas me : * neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi : * &

con-

Confirmasti super me manum tuam.
 Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ:
 non est pax ossibus meis, à facie peccatorum
 meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt ca-
 put meum: * & sicut onus grave gravatæ sunt su-
 per me.

Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ:
 * à facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, & curvatus sum vsque in fi-
 nem: * tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus:
 * & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: * rugie-
 bam à gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum: * &
 gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me
 virtus mea: * & lumen oculorum meorum, & ip-
 sum non est mecum.

Amici mei, & proximi mei: * aduersum me
 appropinqua verunt, & steterunt.

Et qui iuxta me erant, de longe steterunt: * &
 vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt va-
 nitates: * & dolos rota die meditabantur.

Ego autem tamquam surdus non audiebam:

* &

* & sicut mutus non aperien os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens: * & non
habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine speravi: * tu exaudies
me, Domine Deus meus.

Quia dixi, nequando supergaudeant mihi inimi-
ci mei: * & dum commoventur pedes mei, super
me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: * & do-
lor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: &
cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt
super me: * & multiplicati sunt qui oderunt me
iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant
mihi: * quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus: * ne
discesseris à me.

Intende in adiutorium meum: * Domine Deus
salutis meæ.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus: * secundum magnam
misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tua-
rum: * dele iniquitatem meam.

Am-

Amplius lava me ab iniquitate mea: * & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiã: * & exaltabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne proicias me à facie tua: * & Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiã salutaris tui: * & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: * & impij ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: * & exultabit lingua mea iustitiã tuam.

Domine labia mea aperies : * os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus : * contritum, & humiliatum Deus non despicias.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Syon : * ut ædificentur muri Ierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta : * tunc imponent super Altare tuum vitulos.

Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c.

Psalmo 101.

Domine exaudi orationem meam : * & clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam à me : * in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocayero te : * velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei : & ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum : * quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei : * adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicano solitudinis : * factus

Etus.

Etus sum sicut Nycticorax in domicilio.

Vigilavi: * & iactus sum sicut passer solitarius
in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: * &
qui laudabant me aduersum me iurabant.

Quia cinerem tamquam panem manducabam:
* & potum meum cum fletu miscebam.

A facie iræ, & indignationis tuæ: * quia elevans
allifisti me.

Dies mei sicut vmbra declinaverunt: * & ego
sicut fœnum arui.

Tu autem Domine in æternum permanes: * &
memoriale tuum in generationem, & generatio-
nem.

Tu exurgens miserebis Syon: * quia tempus mi-
ferendi eius, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides eius:
& terræ eius miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum Domine: * &
omnes Reges terræ gloriam tuam.

Qui ædificavit Dominus Syon: * & videbitur
in gloria sua.

Respexit in Orationem humilium: * & non
sprevit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera: * & po-
pulus qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo: * Do-
minus

minus de Cœlo in terram aspexit.

Vt audiret gemitus compediorum: * vt solueret filios interemptorum.

Vt annuntient in Syon nomen Domini: * & laudem eius in Ierusalem.

In conueniendopopulos in vnum: * & Reges vt seruiant Domino.

Respondit ei in via virtutis suæ: * paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: * in generationem: & generationem anni tui.

Initio tu Dñe terram fundasti: * & opera manuum tuarum sunt Cœli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: * & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: * tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Filij seruorum tuorum habitabunt: * & semen eorum in sæculum dirigitur.

Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio. &c.

Psalmo 129.

DE profundis clamavi ad te Domine: * Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: * in vocem desperationis meæ.

Si iniquitates **o**bservaveris Domine: * Domine
quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * & propter legem
tuam sustinui te Dñe.

Sustinuit anima mea in verbo eius: * speravit
anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: * speret
Israel in Domino:

Quia apud Dominum misericordia: * & copio-
sa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: * ex omnibus iniquitati-
bus eius.

Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c.

Psalms 142.

Domine exaudi orationem meam: auribus
percipe obsecrationem meam, in veritate
tua: * exaudi me, in tua iustitia.

Et non intres in iudicium servo tuo: * quia non
iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam:
* humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit in me in obscuris sicut mortuos sæ-
culi: * & anxius est super me spiritus meus, in me
turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum
in omnibus operibus tuis: * in factis manuum tua-
rum meditabar.

Ex-

Expandi manus meas ad te: * anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: * defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me: * & similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè misericordiam tuam: quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: * quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: * propter nomen tuum Domine vivificabis me, iniquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: * & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: * quoniam ego servus tuus sum.

Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c.

Antifona: Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

LETANIAS.

K Yrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de Coelis Deus,

Fili Redemptor mundi Deus,

Spiritus Sancte Deus,

Sancta Trinitas vnus Deus,

Sancta MARIA,

Sancta Dei genitrix,

Sancta Virgo Virginum,

Sancte Michael,

Sancte Gabriel,

Sancte Raphael,

Omnes Sancti Angeli, & Archangeli,

Omnes Sancti Beatorum Spirituum

ordines,

Sancte Ioannes Baptista,

Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ,

Sancte Petre,

Sancte Paule,

Sancte Andrea,

Sancte Iacobe,

miserere ei.

miserere ei.

miserere ei.

miserere ei.

Ora pro eo.

ora pro eo.

ora pro eo.

ora pro eo.

ora pro eo.

ora pro eo.

ora pro eo.

ora pro eo.

orate pro eo.

ora pro eo.

orate pro eo.

orate pro eo.

ora pro eo.

ora pro eo.

ora pro eo.

ora pro eo.

Sanct e

Sancte Ioannes,	ora pro eo.
Sancte Thoma,	ora pro eo.
Sancte Iacobe,	ora pro eo.
Sancte Philippe,	ora pro eo.
Sancte Bartholomæe,	ora pro eo.
Sancte Mathæe,	ora pro eo.
Sancte Simon,	ora pro eo.
Sancte Thaddæe,	ora pro eo.
Sancte Mathia,	ora pro eo.
Sancte Barnaba,	ora pro eo.
Sancte Luca,	ora pro eo.
Sancte Marce,	ora pro eo.
Omnes Sancti Apostoli , & Evangelistæ,	orate pro eo.
Omnes Sancti Discipuli Domini,	orate pro eo.
Omnes Sancti Innocentes,	orate pro eo.
Sancte Stephane,	ora pro eo.
Sancte Laurenti,	ora pro eo.
Sancte Vicenti,	ora pro eo.
Sancti Fabiane, & Sebastiane,	orate pro eo.
Sancti Ioannes, & Paule,	orate pro eo.
Sancti Cosma, & Damiane,	orate pro eo.
Sancti Gervasi, & Protasi,	orate pro eo.
Sancte Berarde,	ora pro eo.
Sancte Petre,	ora pro eo.
Sancte Accursi,	ora pro eo.
Sancte Adiute,	ora pro eo.
	Sancte

Sancte Otho,	ora pro eo.
Sancte Daniel,	ora pro eo.
Sancte Angele,	ora pro eo.
Sancte Samuel,	ora pro eo.
Sancte Donule,	ora pro eo.
Sancte Leo,	ora pro eo.
Sancte Huguline,	ora pro eo.
Sancte Nicolae,	ora pro eo.
Omnes Sancti Martyres,	orate pro eo.
Sancte Silvester,	ora pro eo.
Sancte Gregori,	ora pro eo.
Sancte Ambrosi,	ora pro eo.
Sancte Augustine,	ora pro eo.
Sancte Hieronymus,	ora pro eo.
Sancte Bonaventura,	ora pro eo.
Sancte Martine,	ora pro eo.
Sancte Nicolae,	ora pro eo.
Sancto Ludovice,	ora pro eo.
Sancte Benvenute,	ora pro eo.
Omnes Sancti Pontifices, & Confessores,	orate pro eo.
Omnes Sancti Doctores,	orate pro eo.
Sancte Antoni,	ora pro eo.
Sancte Benedicte,	ora pro eo.
Sancte Bernarde,	ora pro eo.
Sancte Dominice,	ora pro eo.
Sancte Pater noster Francisce,	ora pro eo.

H

Saucte

Sancte Antoni de Padua,	ora pro eo.
Sancte Bernardine,	ora pro eo.
Sancte Petre de Alcantara,	ora pro eo.
Sancte Ioannes de Capistrano,	ora pro eo.
Sancte Didace,	ora pro eo.
Sancte Paschalis,	ora pro eo.
Sancte Ludovice,	ora pro eo.
Sancte Ivo.	ora pro eo.
Sancte Elzeari,	ora pro eo.
Sancte Roche,	ora pro eo.
Sancte Conrade,	ora pro eo.
Omnes Sancti Sacerdotes, & Levitæ,	orate pro eo.
Omnes Sancti Monachi, & Eremitæ,	orate pro eo.
Sancta Maria Magdalena,	ora pro eo.
Sancta Agatha,	ora pro eo.
Sancta Lucia,	ora pro eo.
Sancta Agnes,	ora pro eo.
Sancta Cæcilia,	ora pro eo.
Sancta Catharina,	ora pro eo.
Sancta Clara,	ora pro eo.
Sancta Rosa de Viterbio,	ora pro eo.
Sancta Anastasia,	ora pro eo.
Sancta Elisabeth Hungariæ,	ora pro eo.
Sancta Elisabeth Portugalliæ,	ora pro eo.
Omnes Sanctæ Virgines, & viduæ,	orate pro eo.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei,	intercedite pro eo.
Omnes Sancti, & Sanctæ trium	

ordinum Sancti Patris nostri
Francisci,

Propitius esto,

Propitius esto,

Ab ira tua,

A periculo mortis,

A mala morte,

Ab omni malo,

Ab omni peccato,

A pœnis inferni,

A potestate diaboli,

Ab ira, & odio, & omni mala voluntate,

A morte perpetua,

Per mysterium Sanctæ Incarnationis tuæ,

Per nativitatem tuam,

Per Crucem, & Passionem tuam,

Per mortem, & sepulturam tuam,

Per gloriosam Resurrectionem tuam,

Per admirabilem Ascensionem tuam,

Per gratiam Spiritus Sancti Paracliti

In die Iudicij,

Peccatores,

intercedite pro eo.

Parce ei Domine.

libera eum Domine.

libera eum Domine.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

libera eum Dñe.

Te rogamus audi nos.

H 2

Ut

Vt ei parcas,	Ter	gamus audi nos.
Vt ei indulgeas,		Te rogamus, &c.
Ut ad veram pœnitentiam eum perducere digneris,		Te rogamus, &c.
Ut mentem eius ad cœlestia desi- deria erigas,		Te rogamus, &c.
Vt nos exaudire digneris,		Te rogamus, &c.
Fili Dei.		Te rogamus, &c.

Agnus Dei , qui tollis peccata mundi,	Parce ei Dñe.
--	---------------

Agnus Dei , qui tollis peccata mundi,	Exaudi nos Dñe.
--	-----------------

Agnus Dei , qui tollis peccata mundi,	Miserere ei,
Christe audi nos ,	Christe exaudi nos.

El Preste arrodillado dize, siguiendo los demás:

Kyrie eleison, Christe eleison , Kyrie eleison.

Pater noster.

ŷ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

ŷ. Salvum fac servum tuum.

℞. Deus meus sperantem in te.

ŷ. Mitte ei Domine auxilium de Sancto.

℞. Et de Sion tuere eum.

ŷ. Esto ei Domine turris fortitudinis.

℞. A facie inimici.

ŷ. Nihil proficiat inimicus in eo.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Dñe exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dñus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Deus, qui per Apostolum tuum Iacobum locutus es : infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini : & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus : & si in peccatis sit, remittentur ei : cura, quæsumus, Redemptor noster, gratia Sancti Spiritus languores istius infirmi, eiusque sana vulnera, & dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis, & corporis ab eo expelle, plenamque interius, & exterius sanitatem misericorditer redde, vt ope misericordiæ tuæ restitutus, ad pristina reparetur officia. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

OREMVS.

Respice, quæsumus Domine, famulum tuum N. fratrem nostrum in infirmitate sui corporis fatiscentem, & animam refove, quam creasti : vt castigationibus emendatus, se tua sentiat medicina

cina salvatum. Per Christum Dñum nostrum.
Amen.

O R E M V S.

Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne
Deus, qui benedictionis tuæ gratiam agris
infundendo corporibus, facturam tuam multiplici
pietate custodis: ad invocationem tui nominis be-
nignus assiste, vt famulum tuum ab ægritudine li-
beratum, & sanitate donatum, dextera tua erigas,
virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiæ
tuæ Sanctæ cum omni desiderata prosperitate
restituas. Per Christum Dominum nostrum.
Amen.

O R E M V S.

Dominus Iesus Christus apud te sit, vt te de-
fendat: intra te sit, vt te reficiat: circa te sit,
vt te conseruet: ante te sit, vt te deducat: post te sit,
vt te custodiat: super te sit, vt te benedicat. Qui in
Trinitate perfecta vivit, & regnat in sæcula sæcu-
lorum. Amen.

ENCOMENDACION DE EL ALMA.

L A encomendacion de el alma, se harà como està en el Breviario. Y en todo aquel tiempo, que el Enfermo estuviere muy agravado, y en el vltimo peligro, el Religioso afsistente con pausa, discrecion, y oportunamente le sugerirà para que diga, ò dirà por èl, los Actos principales de las virtudes, y los demàs exercicios, que se siguen, exhortando al Enfermo, que los acompañe con el afecto, y sentimiento de el corazon.

C Reo firmemente todos los Articulos de la Fè, y todo lo que la Santa Romana Iglesia Catholica, y Apostolica cree, y enseña, y en esta Fè quiero morir, y vivir.

E Spero, que JESV-CHRISTO nuestro Señor por su inmensa piedad me ha de perdonar; y por los meritos de su Pasion Santissima, y por intercession de la siempre Virgen MARIA, y de todos los Santos, he de alcançar la vida eterna.

A Mo de todo mi corazon, y deseo amar con todas mis fuerças à mi Dios, y Señor, y con aquel amor, que le aman los Santos, y Bienaventurados.

Por

POr el amor de Dios, y por la bondad infinita me pesa de corazon de toda ofensa cometida contra Dios, y contra mis Proximos.

POr el amor de Dios, perdono de todo corazon à todos los que en qualquier tiempo me ayan ofendido, ò molestado: y pido, que por amor de Dios me perdonen todos aquellos, à quienes yo ofendi con obras, ò con palabras.

POr amor de Dios, y en penitencia de mis muchas culpas, llevo con paciencia el dolor, y molestia de mi enfermedad.

SI el Señor me diere salud, propongo con todas veras apartarme de todo pecado, observar sus mandamientos, cumplir con mis obligaciones, y solo deseo lo que fuere mayor agrado, servicio, y gloria de Dios.

Dulcissimo JESVS, y Redemptor mio! Padre piadoso! Pequè contra el Cielo, y cótra ti: no merezco llamarme hijo: pesame en el alma: pero llamo à las puertas de vuestra infinita misericordia: recoged, Señor, à este prodigo, para que no se pierda.

O Señor! Quien nunca se huviera apartado de vuestra Santissima voluntad! O quien muriera de el dolor de a veros ofendido! Dadme vn corazon contrito, y humillado, para que nolo desechéis: no quereis, Señor, la muerte de el pecador, sino que se convierta, y viva: convertidme vos, pa-
ra

ra que yo me convierta, como debo, y merece vuestra infinita bondad.

Santo Angel, Custodio fidelissimo mio, defende dme de todos mis enemigos.

MARIA SANTISSIMA, Madre de la gracia, Madre de misericordia, ampara dme en la hora de mi muerte. Quien os llamò, que no os hallasse? Quien os invocò, y le faltò vuestro Patronio? Quien esperò en vos, y saliò confuso? O Clemente! O piadosa! O dulce Virgen MARIA!

Quien como Dios, que habita en las alturas? Quien como JESUS, Dios, y hombre verdadero, que padeciò, y muriò por los hombres? Quien como MARIA, siempre Virgen, y Madre de Dios? Quien como la Reyna de los Angeles, y Abogada de los pecadores? JESVS MARIA. Otros actos, y aspiraciones semejantes, que devota, y oportunamente se pueden dezir.

CReo, Señor, todo lo que vuestra Santa Iglesia, una, Catholica, Apostolica, dize que se crea: y lo creo firmissimamente, por que vos lo dixisteis, que sois infinita verdad, que ni puede engañar, ni ser engañada, ni puede errar, ni puede mentir. Creo Señor, ayudad, y confortad mi fee.

17.

ESpero Señor, todo lo que aveis prometido, y lo espero firmissimamente, porque lo prometió el que es Dios fidelissimo en sus promessas, y

I

po-

poderosissimo para guardarlas. **F** a vos, Señor, he esperado, y no quedarè confuso eternamente.

QUè tengo yo fuera de mi Dios, en el Cielo, y en la Tierra? nada, Dios mio, fuera de vos quiero: solo à vos amo mas que à todo, porque solo vos sois mi summo bien. O amantissimo Dios mio! Quien os pudiera amar con vn amor infinito! O como me gozo, que seais infinitamente bueno, infinitamente perfecto! O Dios mio, infinitamente dignissimo de ser amado!

QUien darà à mis ojos fuentes de lagrimas para llorar mis culpas? Pesame, Señor, de aver ofendido tantas vezes al que es mi summo, y vnicobien.

QUè le bolverè à mi Dios, por lo muchissimo, que me diò? Alabote, Señor, y te bendigo por todos los siglos: alabente por mi todos los Angeles, y Bienaventurados: seais, Señor, alabado dignamente en vos, y por vos, como sois merecedor de alabanças infinitas.

QUien me darà, JESVS mio, que yo padezca en vos, y por vos? Padezca con vos: padezca gustoso, y conforme, para agradaros: aumentad los dolores, y aumentad mi paciencia.

Quien:

Quien soy, y para contradizeir à mi Señor? Lo que fuere agradable à sus ojos esso se haga: hagase vuestra Santissima voluntad, assi en el Cielo, como en la Tierra: preparado està mi corazon à todo lo que quisiereis: hazedlo que mandais, y mandad lo que quereis.

O mi JESUS, creo en vos, summa verdad.

O mi JESUS, espero en vos, summa misericordia,

O mi JESVS, amoos de todo corazon, bondad infinita.

Bendita sea la SANTISSIMA TRINIDAD, y Unidad indivissa: eternamente la confessa-
rè, porque obrò con migo sus misericordias.

Bendito sea el PADRE, que por su infinita misericordia me criò, me conservò, y me señalò para la vida eterna.

Bendito sea el HIJO, que por su infinita misericordia me redimiò, me alimentò con su Sacratissimo Cuerpo, y Sangre, y me llamò à su Santa Iglesia.

Bendito sea el ESPIRITU-SANTO, que por su infinita misericordia me iluminò, me justificò, y me conservò en la Fè verdadera.

Bendita sea MARIA SANTISSIMA, Madre de Dios, que por su inefable amor me recibió por hijo, y me ha hecho indecibles beneficios.

Bendito sea el Angel de mi guarda, que desde mi nacimiento me recibio en su custodia, me defendiò, me gobernò, y me librò de muchissimos peligros.

Benditos sean todos los Sãtos mis Patronos, que por toda mi vida fidelissimamente me han favorecido con ruegos, auxilios, y misericordias.

Bendito sea mi Serafico Padre S. Francisco, que recibiendo me en su Religion, me apartò de los lazos de el mundo; y aunque he sido ingrato hijo, no me ha desamparado su Proteccion. O amantissimo Padre mio! Valgame vuestra poderosa intercession: representad vuestras llagas dolorosas al Señor, por la salud de mi alma.

Las tres Oraciones siguientes, son de mucha eficacia, las trae el Ritual Romano, y encomiendan su utilidad: graves AA.

18. **K**Yrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.
Pater noster. Ave Maria.

OREMUS:

Domine. IESU-CHRISTE, per tuam Sanctissimam agoniam, & Orationem, qua orasti pro nobis in moate Oliveti, quando factus est sudor tuus, sicut guttæ Sanguinis decurrentis in terram: obsecro te, vt multitudinem sudoris tui Sanguinei, quem

quem præ timore angustia copiosissimè pro nobis effudisti, offerre, & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti contra multitudinem omnium peccatorum huius famuli tui N. fratris nostri: & libera eum in hac hora mortis suæ ab omnibus pœnis, & angustijs, quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Pater noster. Ave Maria.

OREMVS.

Domine IESV-CHRISTE, qui pro nobis mori dignatus es in cruce, obsecro te, vt omnes amaritudines passionum, & pœnarum tuarum, quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti in cruce, maximè in illa hora, quando Sanctissima anima tua egressa est de Sanctissimo Corpore tuo, offerre, & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima huius famuli tui N. fratris nostri: & libera eum in hac hora mortis ab omnibus pœnis, & passionibus, quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Pater noster. Ave Maria.

ORE-

O R E M U S.

Domine IESV-CHRISTE, qui per os Prophetæ dixisti: in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans: obsecro te, vt eandem charitatem tuam, quæ te de cœlis in terram ad tolerandas omnium passionum tuarum amaritudines attraxit, offerre, & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima huius famuli tui N. fratris nostri, & libera eum ab omnibus passionibus, & pœnis, quas pro peccatis suis timet se meruisse. Et salva animam eius in hac hora exitus sui. Aperi ei ianuam vitæ, & fac eum gaudere cum Sanctis tuis in gloria æterna. Et tu pijsime Domine IESU CHRISTE, qui redemisti nos pretiosissimo Sanguine tuo, miserere animæ huius famuli tui, & eam introducere digneris ad semper virentia, & amœna loca Paradisi, vt vivat tibi amore indivisibili, qui à te, & ab electis tuis numquam separari potest. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas Deus in sœcula sœculorum. Amen.

19. *Oracion devotissima de la Passion, ò por el Enfermo, ò por otro en su nombre.*

ÿ. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi.

℞. Quia per Sanctam Crucem tuam redemisti mūdum.

O R E -

OREMUS.

DEus, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi, à Iudæis reprobari, à Iuda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus Innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annæ, Caiphæ, Pilati, & Herodis indecenter offerri, à falsis testibus accusari, flagellis, & opprobrijs vexari, sputis conspui, Spinis Coronari, colaphis cœdi, arundine percuti, facie velari, vestibus exui, Cruci clavis affigi, in Cruce levari, inter latrones deputari, felle & aceto potari, & lancea vulnerari. Tu Domine per has Sanctissimas pœnas tuas, quas ego indignus recolo, & per Sanctam Crucem, & mortem tuam libera me à pœnis Inferni, & perducere digneris, quò perduxisti latronem tecum Crucifixum. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas in sæcula sæculorum.. Amen..

Dilatandose la agonía, y vltimo peligro, se puede leer el siguiente Evangelio..

SUblevatis oculis in cælum Iesus dixit: Pater venit hora, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te: Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna: Vt cognoscant te,

20..

Ioann..

17..

te, solum Deum verum, & quoniam misisti Iesum Christum. Ego te clarificavi super terram: opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam: & nunc clarifica me tu Pater apud te ipsum, claritate, quam habui priusquam mundus esset, apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognoverunt verè quia à te exivi, & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt: & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint vnum, sicut & nos. * Cùm essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodivi: & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur. * Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. * Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. * Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos à malo. * De mundo non sunt, sicut & ego

ego

ego non sum a mundo. * Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. * Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. * Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: * vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus, quia tu me misisti. * Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. * Ego in eis, & tu in me: vt sint consummati in unum: & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. * Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. * Pater iuste, mundus te non cognovit: ego autem te cognovi: & hi cognoverunt, quia tu me misisti. * Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

Aviendo tiempo se puede tambien leer la Passion, segun

S. Juan: Egressus est Iesus, &c.

Aviendo espirado, y todos en pie, se entona el siguiente 217

Responso:

Cantores.

Subvenite Sancti Dei.

K

Co-

Coro.

Ocurrunt Angeli Domini, * Suscipientes animam eius, * Offerentes eam in conspectu Altissimi.

Cantores.

ψ. Suscipiat te Christus, qui vocavit te, & in finem Abrahamæ Angeli deducant te.

Coro.

* Suscipientes animam eius, * Offerentes eam in conspectu Altissimi.

Cantores.

ψ. Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei.

Coro.

* Offerentes eam in conspectu Altissimi.

Cantores.

Kyrie eleison.

Coro.

Christe eleison, Kyrie eleison.

Prelado: Pater noster.

ψ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

ψ. Requiem æternam dona ei Domine.

℞. Et lux perpetua luceat ei.

ψ. A porta inferi.

℞. Erue, Domine, animam eius.

ψ. Requiescat in pace.

℞. Amen.



ŷ. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

ŷ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Tibi, Domine, commendamus animam famuli tui N. Fratris nostri, vt defunctus in œculo tibi vivat: & quæ per fragilitatem humanæ conuersationis peccata commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OFICIO DE SEPULTURA
PARA RELIGIOSOS.

Junta la Comunidad, donde està el Cadaver, y tomando 22.
sus lugares Preste, Cruz, y los demás, como dize el
Manual, y encendidas las velas, dize el Preste:

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Pater noster.

ŷ. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

ŷ. In memoria æterna erit iustus.

R. Ab auditione mala non timebit.

ŷ. Nè tradas bestijs animam confitentem tibi.

K 2

R.

R. Et animam pauperis tui ne obliuiscaris in finem!

V. Non intres in Iudicium cum seruo tuo Domine.

R. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis
vivens.

V. A porta inferi.

R. Erue Domine animam eius.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Dñe, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

SVscipe, Domine, animam famuli tui N. Fratris
nostri, quam de ergastulo huius sæculi voca-
re dignatus es, & libera eam de locis pœnarum: vt
quietis, ac lucis æternæ beatitudine perfruatur, &
inter Sanctos, & electos tuos in resurrectionis gloria
resuscitari mereatur. Per Christum Dominum
nostrum. R. Amen.

*Desde que se comiença à caminar con el Feretro à la
Iglesia, entonan los Cantores:*

Subvenite Sancti Dei.

Coro.

Occurrite Angeli Domini, * Suscipientes animam
eius, * Offerentes eam in conspectu Altissimi.

Can.

Cantores.

✠. Suscipiat te Christus, qui vocavit te, & in sinum
Abrahæ Angeli deducant te.

Coro.

* Suscipientes animam eius, * Offerentes eam in
conspectu Altissimi.

Cantores.

✠. Requiem æternam dona ei Domine, & lux per-
petua luceat ei.

Coro.

* Offerentes eam in conspectu Altissimi.

*Colocado el Feretro en su lugar, y la Comunidad en su
Coro, y dicho el Invitatorio, y Vigilia doble, y acabado
el tercero Responso (si es por la tarde) ò la Missa (siendo
por la mañana) viene el Preste al Feretro, y enfrente
de la Cruz, como en el Manual, canta absoluta-
mente:*

Non intres in iudicium cum seruo tuo Domi-
ne, quia nullus apud te iustificabitur homo, nisi per
te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non
ergo eum, quæsumus, tua iudicialis sententia pre-
mat, quem tibi vera supplicatio fidei Christianæ
commendat: sed gratia tua illi succurrente, me-
reatur evadere iudicium vitæ, qui dum viveret,
in signis est signaculo Sanctæ Trinitatis: Qui vi-
vis, & regnas, in sæcula sæculorum. R. Amen.

En-

23. *Entonan los Cantores el Responso primero: Subvenite, y prosigue el Coro, como en el n. 21. y assi en este, como en los demás (los quales se dizen consecutivamente) mientras el Pater noster, el Preste rozia, è incienso, circumdando el Feretro, como en el Manual, y luego dize:*

Ÿ. Et ne nos inducas intimationem.

R. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

DEus, cui omnia vivunt, & cui non pereunt maiorendo corpora nostra, sed mutantur in melius: te supplices de precamur, vt suscipi iubeas animam famuli tui N. Fratris nostri per manus Sanctorum Angelorum deducendam in finem amici tui Abrahamæ Patriarchæ, resuscitandamque in novissimo Iudicij magni die; & quidquid vitiorum, fallente Diabolo, contraxit, tu pius, & misericors abluas indulgendo. Per Christum Dñum nostrum.

R. Amen.

Responso segundo.

Cantores.

Ne recorderis.

Coro.

*Peccata mea, Domine, * dum veneris iudicare
sæculum per ignem.*

Can-

Cantores.

Ÿ. Dirige, Domine Deus meus, in conspectu tuo
viam meam.

Coro.

* Dum veneris iudicare sæculum per ignem.

Cantores.

Ÿ. Requiem æternam dona ei, Domine, & lux per-
petua luceat ei.

Coro.

* Dum veneris iudicare sæculum per ignem.

Cantores.

Kyrie eleison.

Coro.

Christe eleison, Kyrie eleison.

Preste: Pater noster.

Ÿ. Et ne nos in ducas in tentationem.

Ÿ. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Dominus vobiscum.

Ÿ. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

FAc, quæsumus Domine, cum servo tuo N.
Fratre nostro defuncto, misericordiam, vt
factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, qui
tuam in votis tenuit voluntatem, vt sicut hic eum
vera fides iunxit fidelium turmis, ita illic eum tua
miseratio societ Angelicis Choris. Per Christum

Do-

Domini nostrum. R. Ame.

Responso tercero.

Cantores.

Libera me, Domine, de morte æterna.

Coro.

In die illa tremenda: * quando cœli movendi sunt,
& terra: * dum veneris iudicare sæculum per
ignem.

Cantores.

Ÿ. Tremens factus sum ego, & timeo, dum dis-
cussio venerit, atque ventura ira.

Coro.

* Quando cœli movendi sunt, & terra.

Cantores.

Ÿ. Dies illa, dies iræ, calamitatis, & miseriæ, dies
magna, & amara valdè.

Coro.

* Dum veneris iudicare sæculum per ignem.

Cantores.

Ÿ. Requiem æternam dona ei Domine, & lux per-
petua luceat ei.

Coro.

Libera me, Domine, de morte æterna in die illa
tremenda: * Quando cœli movendi sunt, &
terra: * dum veneris iudicare sæculum per
ignem.

Can-

Cantores.

Kyrie eleison.

Coro.

Christe eleison, Kyrie eleison.

Preste: Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animam eius.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Dñe exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dñus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R E M V S.

Absolve, quæ sumus Domine, animam famuli
tui N. Fratris nostri, vt defunctus seculo ti-
bi vivat, & peccata, quæ per fragilitatem carnis hu-
mana conversatione commisit, tu venia misericor-
dissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum
nostrum. R. Amen.

*Luego los Cantores entonan la Antifona in Paradisum,
prosiguiendola el Coro con la siguiente. Desde que se
entonò, llevan el Feretro junto à la Sepultura.*

Cantores.

In Paradisum.

L

Co-

Deducant te Angeli : in tuo adventu suscipiant te
Martyres, & perducant te in Civitatem Sanctam
Ierusalem.

Antifona : Chorus Angelorum te suscipiat, & cum
Lazaro quondam paupere æternam habeas
requiem.

*Luego el Cantor mayor entona la Antifona primera de
Laudes aperite, y se dicen dobles, como está despues.
El Preste, desde que se comiençan, lee la Oracion
siguiente.*

OREMUS.

24. **D**Eus, qui fundasti terram, formasti cœlos, qui
loca sideribus stabilita fixisti, qui captivum
laqueo mortis hominem lavacri ablutione repa-
rasti, qui sepultos Abraham, Isaac, & Iacob in spe-
lunca duplici, in libro vitæ, atque gloria annotasti
benedicendos: ita bene ✠ dicere digneris hunc
tumulum famuli tui N. Fratris nostri, vt hic eum
requiescere facias, & in sinu Abraham, Isaac, & Iacob
collocare digneris; qui Dominum nostrum IESVM
CHRISTVM, contritis laqueis infernorum, resur-
gere, suorumque in se credentium membra resus-
citare voluisti. Respice, Domine, super hanc fa-
bricam Sepulturæ, descendat ad eam Spiritus tuus
Sanctus, vt te iubente, sit in hoc loco famulo tuo
quieta.

quieta dormitio & tempore Iudicij cum Sanctis
tuis omnibus vera resuscitatio, præstante eodem
Domino nostro IESU-CHRISTO, qui tecum, &
cum eodem Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæ-
cula sæculorum. R. Amen.

*Aora el Preste rozia agua bendita al Cuerpo, y Tumulo,
y lo inciensa. Luego prosigue leyendo las Oraciones
siguientes.*

O R E M U S.

FRatres Charissimi pro Spiritu Fratris nostri,
quem Dominus de laqueo huius sæculi libe-
rare dignatus est; cuius corpusculum hodie Sepultu-
ræ traditur; vt eum pietas Domini in sinu Abrahæ,
Isaac, & Iacob collocare dignetur: vt cum Iudicij
dies ad venerit, inter Sanctos, & electos suos eum
in parte dextera collocandum resuscitari faciat. Per
Christum Dominum nostrum. R. Amen.

O R E M U S.

DEus, cui omnia vivunt, & cui non pereunt
moriendo fidelium corpora, sed mutantur
in melius: Te supplices deprecamur, vt quidquid
anima famuli tui vitiorum, tuæque voluntati
contrarium, fallente Diabolo, seu propria iniquitate,
vel fragilitate contraxit, tu pius, ac misericors abluas
indulgendo, eamque suscipi iubeas per manus
Sanctorum Angelorum tuorum deducendam in

L 2

sinum

sinum Patriarcharum, & Prop'etarum tuorum
 Abrahæ, scilicet, amici tui, Isaac electi tui, & Iacob
 dilecti tui: quò aufugit dolor, atque tristitia, & sus-
 p'irium, fidelium quoque animæ fœlici iucunditate
 lætantur: & in novissimo Iudicij magni die, inter
 Sanctos, & electos tuos, eum facias perpetuæ gloriæ
 percipere portionem, quam oculus non vidit, nec
 auris audivit, & in cor hominis non ascendit, quam
 præparasti diligentibus te. Per Christum Domi-
 num nostrum. R. Amen.

O R E M U S.

TEmeritatis quidem est Domine, vt homo ho-
 minem, cinis cinerem, mortalis mortalem
 tibi Domino Deo nostro audeat commendare: sed
 quia terra suscipit terram, & pulvis convertitur in
 pulverem, donec omnis caro in suam redigatur
 originem: Inde tuam, pijsime Pater, lachrymabi-
 liter quæsumus pietatem, vt huius famuli tui N.
 Fratris nostri animam, quam de huius sæculi cœ-
 nulenta voragine ducis ad Patriam, Abrahæ amici
 tui sinu recipias, & refrigerij rore perfundas: sit ab
 æstuantis gehennæ truci incendio segregata, &
 beatæ requiei tuæ, te donante, coniuncta; & si quæ
 sunt illi, Domine, dignæ cruciatibus culpæ; tuæ ei
 gratia mitissimæ lenitatis indulge: nec peccati re-
 cipiatur vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem:

cum:

cumque, finito mundi termino, supernum cunctis
illuxerit regnum, nova creatura Sanctorum om-
nium coetibus aggregata, cum electis tuis refurgat
in parte dextera coronanda. Per Christum Domi-
num nostrum. R. Amen.

O R E M U S.

Opus est misericordiae, Domine Sancte, Pater
omnipotens, aeternae Deus, rogare pro alijs:
& qui pro nostris supplicare peccatis nequaquam
sufficimus, suscipere rogamus animam famuli tui
revertentem ad te: ad sit ei Angelus testamenti tui
Michael, & per manus Sanctorum Angelorum tuo-
rum, inter Sanctos, & electos tuos in sinibus Abra-
hae, Isaac, & Jacob Patriarcharum tuorum eam
collocare digneris: libera, Domine, de Principibus
tenebrarum, & de locis poenarum, ne famulus tuus
vllis tam primaevae nativitatis, vel ignorantiae con-
fundatur erroribus: agnoscat a tuis, & miseri-
cordia bonitatis tuae ad locum refrigerij, & quietis,
in sinu Abrahae transferatur. Per Christum Domi-
num nostrum! R. Amen.

O R E M U S.

Debitum humani corporis sepeliendi officium
fidelium more complentes, Deum, cui
omnia vivunt, fideliter deprecemur, ut hoc corpus
fratris.

fratris nostri à nobis in infirmitate sepultum, in ordine Sanctorum suorum refuscitet, & eius Spiritum Sanctis, ac fidelibus aggregari iubeat, cum quibus inenarrabili gloria, & perenni fœlicitate perfrui mereatur. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

O R E M V S.

OMnipotens Sempiternæ Deus, qui humano corpori animam inspirare dignatus es: dum te iubente pulvis redit in pulverem, tu imaginem tuam cum Sanctis, & electis tuis æternis sedibus iubeas associari. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

L A V D E S.

25.

Antifona: Aperite mihi portas Iustitiæ, & ingressus in eas confitebor Domino.

Psalms 117.

Confitemini Domino, quoniam bonus: * quoniam in sæculum misericordia eius.

Dicat nunc Israel quoniam bonus: * quoniam in sæculum misericordia eius.

Dicat nunc domus Aaron: * quoniam in sæculum misericordia eius.

Dicant nunc qui timent Dominum: * quoniam

niam in sæculum misericordia eius.

De tribulatione invocavi Dominum, * & exaudivit me in latitudine Dominus.

Dominus mihi adiutor : * non timebo, quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adiutor : * & ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in Domino : * quàm confidere in homine.

Bonum est sperare in Domino : * quàm sperare in principibus.

Omnes gentes circuierunt me : * & in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

Circundantes circundederunt me : * & in nomine Dñi, quia ultus sum in eos.

Circundederunt me sicut apes : & exarserunt sicut ignis in spinis : * & in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

Impulsus everfus sum vt caderem : * & Dominus suscepit me.

Fortitudo mea, & laus mea Dominus : * & factus est mihi in salutem.

Vox exultationis, & salutis : * in tabernaculis iustorum.

Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me : * dextera Domini fecit virtutem.

Non moriar, sed vivam : * & narrabo opera Domini.

Casti-

Castigans castigavit me Dominus: * & morti non tradidit me.

Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor Dño: * hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me: * & factus es mihi in salutem.

Lapidem * quem reprobaverunt ædificantes: hic factus est in caput anguli.

A Domino factum est istud: * & est mirabile in oculis nostris.

Hæc dies quam fecit Dominus: * exultemus, & lætemur in ea.

O Domine saluum me fac: ò Domine bene prosperare: * benedictus qui venit in nomine Domini.

Benediximus vobis de domo Domini: * Deus Dominus, & illuxit nobis.

Constituite diem solemnem in condensis: * usque ad cornu altaris.

Deus meus es tu, & confitebor tibi: * Deus meus es tu, & exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus est mihi in salutem.

Confitemini Dño quoniam bonus: * quoniam in sæculum misericordia eius.

Requiem æternam * &c. Et Lux perpetua * &c.

An-

Antifona: Aperte mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor Domino.

Antifona: Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei.

Psalmo 41.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: * ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitavit anima mea ad Deum fortem vivum: * quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte * dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: * quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis, & confessionis: * sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? Et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: * salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad me ipsum anima mea conturbata est: * propterea memor ero tui de terra Iordanis: & Hermonij à monte modico.

Abyssus abyssum invocat: * in voce cataractarum tuarum.

M

Om̃

Omnia excessa tua, & fluctus tui: * super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam: * & nocte canticum eius.

Apud me oratio Deo vitæ meæ: * dicam Deo, susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? * Et quare contristatus incedo dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea: * Exprobraverunt mihi, qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus? * Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei, & Deus meus.

Requiem æternam, * &c. Et lux perpetua * &c.

Antifona. Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei.

Antifona. Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.

Luego, que se entonò esta Antifona, se saca el cuerpo de el Feretro, y se pone sobre la tierra, y assi està todo el

Psalmo siguiente.

Psalmo 131.

Memento Domine David: * & omnis mansuetudinis eius.

Sicut iuravit Domino: * votum vovit Deo Iacob.

Si

Si introiero in tabernaculum domus meæ, * si
ascendero in lectum strati mei.

Si dederō somnum oculis meis : * & palpebris
meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis, donec inveniam
locum Domino : * tabernaculum Deo Iacob.

Ecce audivimus eam in Ephrata, * invenimus
eam in campis sylvæ.

Introibimus in tabernaculum eius : * adorabi-
mus in loco, vbi steterunt pedes eius.

Surge Domine in requiem tuam : * tu, & arca
sanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur iustitiam : * & sancti
tui exultent.

Propter David servum tuum : * non avertas fa-
ciem Christi tui.

Iuravit Dominus David veritatem, & non
frustrabitur eam : * de fructu ventris tui ponam su-
per sedem tuam.

Si custodierint filij tui testamentum meum : * &
testimonia mea hæc, quæ docebo eos.

Et filij eorum vsque in sæculum : * sedebunt su-
per sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion : * elegit eam in
habitationem sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi : * hic ha-
bitabo, quoniam elegi eam.

Viduam eius benedicens benedicam: * pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutari: * & sancti eius exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu David: * paravi lucernam Christo meo.

Inimicos eius induam confusione: * super ipsum autem effloreat sanctificatio mea.

Requiem æternam, * &c. Et lux perpetua, * &c.

Aqui se pone el cuerpo en la Sepultura, sin cubrirlo.

Antifona. Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo quoniam elegi eam.

Antifona. De terra formasti me: carne induisti me, Redemptor meus Domine, resuscita me in novissimo die.

Psalmo 138.

Domine probasti me, & cognovisti me: * tu cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas de longè: * semitam meam, & funiculum meum investigasti.

Et omnes vias meas prævidisti: * quia non est fermo in lingua mea.

Ecce Dñe tu cognovisti omnia novissima, & antiqua: * tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me : * confortata est , & non potero ad eam.

Quo ibo à spiritu tuo ? * Et quo à facie tua fugiam.

Si ascendero in coelum, tu illices : * si descendero in infernum, ades.

Si sumptero pennas meas diluculo : * & habitaverò in extremis maris.

Et enim illuc manus tua deducet me : * & tenebit me dextera tua.

Et dixi, forsitan tenebræ conculcabunt me : * & nox illuminatio mea in delitijs meis.

Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur, * sicut tenebræ eius, ita & lumen eius?

Quia tu possedisti renes meos : * suscepisti me de utero matris meæ.

Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es : * mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis.

Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto : * & substantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur : * dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus : * nimis confortatus est principatus eorum.

Di-

Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur: * exurrexi, & ad huc sum tecum.

Si occideris Deus peccatores: * viri sanguinum declinate à me.

Quia dicitis in cogitatione: * accipient in vanitate civitates tuas.

Nonne qui oderunt te Domine, oderam: * & super inimicos tuos tabescebam?

Perfecto odio oderam illos: * & inimici facti sunt mihi.

Proba me Deus, & scito cor meum: * interroga me, & cognosce semitas meas.

Et vide, si via iniquitatis in me est: * & deduc me in via æterna.

Requiem æternam * &c. Et lux perpetua * &c.

Antifona: De terra formasti me: carne induisti me, Redemptor meus Domine, resuscita me in novissimo die.

Al repetirse esta Antifona, vn Acolito ministra en la mano vna poca de tierra al Preste, quien en forma de Cruz, la echa sobre el cadaver. Entonces lo cubren de tierra, ò lo cierran, segun es la Sepultura.

Antifona: Non intres in iudicium cum Servo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Domine exaudi orationem meam, * auribus
percipe obsecrationem meam in veritate
tua: * exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium cum seruo tuo: * quia
non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam:
* humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos seculi,
& anxius est super me spiritus meus: * in me tur-
batum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum
in omnibus operibus tuis: * & in factis manuum
tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: * anima mea sicut
terra sine aqua tibi.

Uelociter exaudi me Domine, * defecit spiritus
meus.

Non avertas faciem tuam à me: * & similis ero
descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè misericordiam tuam:
* quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: * quia
ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te con-
fugi: * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus
meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: * propter nomen tuum Dñe vivificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: * & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: * quoniam ego servus tuus sum.

Requiem æternam, * &c. Et lux perpetua, * &c.

Antifona: Non intres in iudicium cum servo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Antifona: Omnis spiritus laudet Dominum.

Psalmus 148.

Laudate Dominum de Cœlis: * laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli eius: * laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum Sol, & Luna: * laudate eum omnes stellæ, & lumen.

Laudate eum Cœli Cœlorum: * & aquæ omnes, quæ super Cœlos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: * præceptum posuit, & non præteribit.

Lau-

Laudate Dominum de terra: * Dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quæ faciunt verbum eius.

Montes, & omnes colles: * ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestie; & vniverfa pecora: * serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: Principes, & omnes iudices terræ.

Invenes, & Virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super Coelum, & terram: * & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus Sanctis eius: * filijs Israel, populo appropinquanti sibi.

Psalms 149.

CAntate Domino canticum novum: * laus eius in Ecclesia Sanctorum.

Lætetur Israel in eo qui fecit eum, * & filij Syon exultent in Rege suo.

Laudent nomen eius in Choro: * in tympano, & Psalterio pfallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo

N

* &

* & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt Sancti in gloria : * lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum : * & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus : * increpationes in populis.

Ad alligandos Reges eorum in compedibus, * & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conscriptum : * gloria hæc est omnibus Sanctis eius.

Psalmus 150.

Laudate Dominum in Sanctis eius : * laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius : * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ : * laudate eum in Psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro : * laudate eum in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis benè sonantibus : laudate eum in cymbalis iubilationis : * omnis spiritus laudet Dominum.

Requiem æternam * &c. Et Lux perpetua * &c.
Antifona: Omnis spiritus laudet Dominum.

El

El Preste rozia con agua bendita la Sepultura, en forma de Cruz, y entona la Antifona Ego sum, para el Benedictus. Cantase solemnemente, y las velas encendidas.

Antifona.

Ego sum resurrectio, & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: & omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum.

Cantico. Luc. 1.68.

Benedictus Dominus Deus Israel: * quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis: * in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os Sanctorum: * qui à sæculo sunt Prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris: * & de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: * & memorari testamenti sui sancti.

Ius iurandum, quod iuravit ad Abraham patrem nostrum: * daturum se nobis.

Vt sine timore, de manu inimicorum nostrum liberati: * serviamus illi.

In sanctitate, & iustitia coram ipso: * omnibus diebus nostris.

Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: * praebis enim ante faciem Domini parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius: * in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri: * in quibus visitavit nos, Oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem aeternam, * &c. Et lux perpetua, * &c.

Antifona: Ego sum resurrectio, & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: & omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in aeternum.

Preste: Pater noster.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Non intres in iudicium cum servo tuo Domine.

℞. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Ÿ. A porta inferi.

℞. Erue, Domine, animam eius.

Ÿ. Requiescat in pace.

℞. Amen.

Ÿ. Dñe exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dñus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

ORE:

OREMVS.

Satisfaciat tibi, quæsumus Domine Deus noster, pro anima famuli tui N. fratris nostri Beatissimæ Dei genitricis; semperque Virginis **MARIÆ**; & Seraphici Patris nostri **Francisci**, omniumque Sanctorum tuorum oratio; & præsentis familiæ tuæ humilis, & devota supplicatio, vt peccatorum omnium veniam, quam precamur, obtineat; nec eum patiaris cruciari gehennalibus flammis, quem Filius tui Domini nostri **IESU-CHRISTI** pretioso Sanguine redimisti. Qui tecum, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Ÿ. Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. *R.* Amen.

Luego entra la Comunidad à la Capilla mayor, entonando los Cantores el Responso sigiente, que se concluye en ella, estando Cruz, y Preste, como dize el Manual.

Cantores.

Memento mei Deus,

Coro.

Quia ventus est vita mea; * nec aspiciat me visus hominis.

Can-

ŷ. De profundis clamavi ad te Domine, Domine
exaudi vocem meam.

Coro.

* Nec aspiciat me visus hominis.

Cantores.

ŷ. Requiem æternam dona eis Domine, & lux per-
petua luceat eis.

Coro.

* Nec aspiciat me visus hominis.

Cantores: Kyrie eleison.

Coro: Christe eleison, Kyrie eleison.

Preſte: Pater noſter.

ŷ. Et ne nos inducas in tentationem.

ꝛ. Sed libera nos à malo.

ŷ. A porta inferi.

ꝛ. Erue, Domine, animam eius.

ŷ. Requiescat in pace.

ꝛ. Amen.

ŷ. Domine exaudi orationem meam.

ꝛ. Et clamor meus ad te veniat.

ŷ. Dominus vobiscum.

ꝛ. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Tibi, Domine, commendamus animam fa-
muli tui N. fratris noſtri, vt defuntus ſæcu-
lo tibi vivat; & quæ per fragilitatem humanæ con-
verſationis

versationis peccata commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

V. Requiem æternam dona eis Domine.

R. Et lux perpetua luceat eis.

Cantores.

Requiescant in pace.

Coro. R. Amen.

Entra la Comunidad rezando à coros el de Profundis, y en la Ante-Sacristia se concluye. El Preste dize Pater noster, y los versos ordinarios; la Oracion Fidelium Deus, Requiem æternam, y Requiescant in pace.

OFICIO DE SEPULTURA PARA SEGLARES.

SEgun la diferencia, con que puede suceder; y se tocò 26.
en el Manual n. 165. & 166. se debe respectivamente executar. Entregando el Clero el cuerpo, ò siendo el difunto familiar, y domestico, que el Clero no concorra, la Comunidad desde que lo recibe, ò se mueve para entrar en la Iglesia, cantan el Responso Subvenite, como està en el n. 21. & 22. Estando yà el cuerpo en su lugar, la Cruz, à la cabeza de el cuerpo, el Preste, enfrente de la Cruz, dize: Pater noster. Inciensa, y rozia el cuerpo, vt n. 23. y luego dize: Et ne nos inducas, Dominus vobiscum, y la Oracion Deus, cui omnia vivunt, que està

está en el mismo numero, omitiendo el nombre, y el Fratris nostri. Luego se sigue, ò la Vigilia con Missa, ò la Vigilia sola, y despues de ella, el Preste en el mismo lugar, que antes, dize absolutamente la Oracion: Non intres in iudicium, como está en el fin de el n. 22. Luego inmediatamente canta el Coro las Antifonas in Paradisum, y Chorus Angelorum, vt n. 23. y entonces se lleva el cuerpo à la Sepultura. Acabadas, enton. el Preste la Antifona Ego sum, que prosigue el Coro, y despues el Cantico Benedictus. Mientras se canta, el Preste junto à la Sepultura, lee absolutamente la Oracion: Deus qui fundasti terram, &c. que está n. 24. omitiendo el nombre, y Fratris nostri. Acabada, rozia con agna bendita, cuerpo, y Sepulcro, y lo inciensa, y repetida la Antifona de el Cantico por el Coro, canta el Preste: Pater noster.

Ÿ. Et ne nos in ducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Non intres in iudicium cū seruo tuo, Domine.

R. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Ÿ. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animam eius.

Ÿ. Requiescat in pace.

R. Amen.

Ÿ. Dñe exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS:

Satisfaciat tibi, quæsumus Domine Deus noster, pro anima famuli tui Beatissimæ Dei genitricis, semperque Virginis Mariæ, & Seraphici Patris nostri Francisci, omniumque Sanctorum tuorum oratio, & præsentis familiæ tuæ humilis, & devota supplicatio, vt peccatorum omnium veniam, quam precamur, obtineat, nec eum patiaris cruciari gehennalibus flammis, quem filij tui Domini nostri IESV-CHRISTI pretioso Sanguine redemisti. Qui tecum, & cum Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. R. Amen. Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen.

Entrando el Clero con el cuerpo, despues de el recibimiento, cantar el Clero su Vigilia, y averse ido, haze la Comunidad el funeral, como està puestò, omitiendo solo el Responso Subvenite, sus Versos, y Oracion. Se canta la Vigilia (ò tambien la Missa) despues la Oracion: Non inttes in iudicium, &c. y lo demàs, como se sigue. Siendo difunta, donde ay famuli, se dize famulæ, y respectivamente en el tui, ò tuo, se dize tuæ, en el quem, se dize quam. En lugar de seruo tuo, se dize ancilla tua.

O

CFL

OFICIO DE SEPULTURA, PARA NIÑOS.

27. **A**l entrar el cuerpo de el niño en la Iglesia, ò despues de aver concludido el Clero, entona el Preste la Antifona siguiente, y los Cantores el Psalm, que se dize à Coros.

Preste : Hic accipiet.

Cantores. Psalm. 23.

Domini est terra, & plenitudo eius: *

Coro.

ORbis terrarum, & vniversi, qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini: * aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens manibus, & mundo corde: * qui non accepit in vano animam suam, nec iuravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: * & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: * quærentium faciem Dei Iacob.

Attollite portas Principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus fortis, &

potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas Principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

Cantores.

Hic accipiet.

Coro.

Benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo, quia hæc est generatio quærentium Dominum.

Preste: Kyrie eleison.

Coro: Christe eleison, Kyrie eleison.

Preste: Pater noster.

Rozia el cuerpo con agua ben dita.

ŷ. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

ŷ. Me autem propter innocentiam suscepisti.

R. Et confirmasti me in cõspectu tuo in æternum.

ŷ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

OMnipotens, & mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte Baptismatis, dum migrant à sæculo, sine vllis eorum meritis vitam illi-

cò largiris æternam, sicut animæ huius parvuli hodie credimus te fecisse: fac nos, quæsumus Domine, per intercessionem Beatæ MARIÆ semper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum, hic purificatis tibi mentibus famulari, & in Paradiso cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Aora se lleva el cuerpo de el niño à la Sepultura, se pone à vn lado, y estando alli Acolitos de Cruz pequeña, Incienso, y agua bendita, entona el Preste:

Antifona: Iuvenes, & Virgines.

Cantores. Psalm. 148.

Laudate Dominum de cœlis, * &c. vt n. 25.

Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c.

Antifona: Iuvenes, & Virgines, fenes cum iunioribus:

Laudent nomen Domini.

Preste: Kyrie eleison.

Coro: Christe eleison, Kyrie eleison.

Preste: Pater noster:

ÿ. Et ne nos inducas intentationem.

R. Sed libera nos à malo.

ÿ. Sinite parvulos venire ad me.

R. Talium est enim regnum cœlorum.

ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORE-

O R E M U S.

OMnipotens sempiterne Deus, sanctæ puritatis amator, qui animam huius parvuli ad cælorum regnum hodie misericorditer vocare dignatus es, digneris etiam, Domine, ita nobiscum misericorditer agere; ut meritis tuæ Sanctissimæ Passionis, & intercessionem Beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum, in eodem regno nos cum omnibus Sanctis, & electis tuis semper facias congaudere. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen.

El Preste roza tres vezes, cuerpo, y Sepulcro, con agua bendita, y los inciensa juntamente otras tres: y luego se entierra el cuerpo, ò se cubre. El Preste dize rezada la Antifona siguiente, y los Cantores prosiguen el Cantico, que à coros se acaba en la Capilla mayor; se repite la Antifona, y el Preste dize la Oracion, con que se concluye.

Preste: Benedicite.

Cantores:

OMnia opera Domini Domino: * laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: * benedicite cæli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt,

Do-

Domino : * benedicite omnes virtutes Domini
Domino.

Benedicite sol & luna Domino : * benedicite
stellæ cæli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino : * be-
nedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æstus Domino : * benedicite
frigus & æstus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino : * benedi-
cite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & nives Domino : * benedi-
cite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino : * benedi-
cite fulgura & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum : * laudet & supere-
xaltet eum in sæcula.

Benedicite montes & colles Domino : * benedi-
cite vniverfa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino : * benedicite maria
& flumina Domino.

Benedicite cete , & omnia quæ moventur. in
aquis, Domino : * benedicite omnes volucres cæli
Domino.

Benedicite omnes bestia & pecora Domino :
* benedicite filij hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum : * laudet & supere-
xaltet eum in sæcula.

Be-

Benedicite sacerdotes Domini Domino: * benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus & animæ iustorum Domino: * benedicite sancti & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: * laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu: * laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento cæli: * & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

Antifona: Benedicite Dominum omnes electi eius, agite dies lætitiæ, & confitemini illi.

Preste: ✠. Dominus vobiscum.

✠. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

DEus, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius, vt à quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum Dominum nostrum. ✠. Amen.

ABSOLVCIONES.

RESPONSO DE LOS LUNES.

28.

Después de la Missa de Prima, en todos los Lunes de el año, se canta de Comunidad el Responso Libera me Domine de morte æterna, como está en el n.

23.

23. en cuyo fin el Presbítero dice:

Pater noster.

✠. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

✠. A porta inferi.

℞. Erue, Domine, animas eorum.

✠. Requiescant in pace.

℞. Amen.

✠. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

✠. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificali, seu Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta, quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

DEus veniæ largitor, & humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, ut nostræ Congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, Beata MARIA semper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

Fidelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum:

rum:

rum : vt indulgentiam, quam semper optaverunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

V. Requiem æternam dona eis Domine.

R. Et lux perpetua luceat eis.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

Por Religioso difunto Sacerdote.

OREMUS.

PRæsta, quæsumus Domine, vt anima famuli tui N. fratris nostri Sacerdotis, quem in hoc sæculo commorantem sacris muneribus decorasti, in cœlesti se de gloriosa semper exultet. Per Christum Dominum nostrum.

Por Religioso Corista, ò Lego.

OREMUS.

INclina, Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, vt animam famuli tui N. fratris nostri, quam de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis, ac lucis regione constituas, & Sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per Christum Dominum nostrum.

Quando se ha dicho Oficio entero por alguno de estos, el Preste dize, despues de la Oracion, los Versos, como se sigue:

V. Requiem æternam dona ei Domine,

P

R.

R. Et lux perpetua luceat ei.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen.

En los tres Oficios generales primeros de la Orden Seráfica por la Septuagesima, la Magdalena, y S. Miguel, se dize la Oracion: Deus veniæ largitor, como está antes. En el Oficio antes de el Adviento, por nuestros Padres, se dize la siguiente:

OREMVS.

DEus, qui nos Patrem, & Matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus Parentum nostrorum, eorumque peccata dimitte, nos que eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Christum, &c.

En el quinto Oficio generalissimo, despues de la fiesta de los Santos de nuestra Orden, es la Oracion:

OREMVS.

DEus indulgentiarum Domine, da animabus famulorum, famularumque tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Christum, &c.

En

En el dia de la deposicion de qualquiera difunto fuera de la Orden, se dize la Oracion:

O R E M V S.

Absolve, quæsumus Domine, animam famuli tui N. vt defunctus seculo, tibi vivat: & quæ per fragilitatem carnis humana cõversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Siendo muger, se dize: Famulæ tuæ N. vt defuncta.

En otras ocasiones, se dize generalmente por difunto la Oracion Inclina Domine, que està antes, omitiendo el nombre, y el Fratris nostri. Por muger, la que se sigue:

O R E M U S.

Quæsumus, Domine, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ, & à contagijs mortalitatis exutam, in æternæ saluationis partem restitue. Per Christum, &c.

En absolucion solemne por muchos, es la Oracion:

O R E M V S.

Absolve, quæsus Domine, animas famulorum tuorum ab omni vinculo delictorum, vt in resurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum, &c.

Si es vno, se dize: Animam famuli tui, y resuscitatus.

Si es muger: Animam famulæ tuæ, y resuscitata.

PROCESSIONES DE ANIMAS.

29. *Responso primero.*

Cantores.

Credo, quod Redemptor meus vivit,

Coro.

Et in novissimo die de terra surrecturus sum: * & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum.

Cantores.

ŷ. Quem visurus sum ego ipse, & non alius, & oculi mei conspecturi sunt.

Coro.

* Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum.

Cantores : Kyrie eleison.

Coro : Christe eleison, Kyrie eleison.

Preste : Pater noster.

ŷ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

ŷ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, &c. como antes.

Responso segundo.

Cantores.

Qui Lazarum resuscitasti à monumento foetidum:

Coro.

* Tu eis, Domine, dona requiem, & locum indulgentiæ.

Cantores.

ŷ. Qui venturus es iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem.

Coro.

* Tu eis, Domine, dona requiem, & locum indulgentiæ.

Cantores : Kyrie eleison.

Coro : Christe eleison, Kyrie eleison.

Preste : Pater noster.

ŷ. Et ne nos inducas in tentationem.

Rz. Sed libera, &c.

ŷ. Dominus vobiscum.

Rz. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

Deus, qui nos Patrem, & Matrem, &c. como antes.

Responso tercero.

Cantores.

Domine, quando veneris iudicare terram.

Coro.

Vbi me abscondam à vultu iræ tuæ? * Quia peccavi nimis in vita mea.

Cantores.

ŷ. Commissa mea pavesco, & ante te erubescodum veneris iudicare, noli me condemnare.

Co-

Coro.

* Quia peccavi nimis in vita mea.

Cantores: Kyrie eleison.

Coro: Christe eleison, Kyrie eleison.

Preste: Pater noster.

ŷ. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

ŷ. Dñus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

Deus veniæ largitor, &c. como antes.

Responso quarto.

Cantores.

Libera me Domine de morte æterna.

Coro.

In die illa tremenda, * quando cœli movendi sunt,
& terra, * dum veneris iudicare sæculum per
ignem.

Cantores.

ŷ. Tremens factus sum ego, & timeo, dum dis-
cussio venerit, atque ventura ira.

* Quando cœli movendi sunt, & terra.

Coro.

ŷ. Dies illa, dies iræ, calamitatis, & miseræ: Dies
magna, & amara valde.

* Dum veneris iudicare sæculum per ignem.

Can-

Cantores.

ŷ. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

Libera me Domine de morte æterna in die illa tremenda, * quando cœli movendi sunt, & terra, * dum veneris iudicare sæculum per ignem.

Cantores : Kyrie eleison.

Coro : Christe eleison, Kyrie eleison.

Preste : Pater noster.

ŷ. Et ne nos in ducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

ŷ. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animas eorum.

ŷ. Requiescant in pace.

R. Amen.

ŷ. Dñe exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

ŷ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Fidelium Deus omnium Conditor, &c. como antes.

Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

ŷ. Requiem æternam dona eis Domine.

R. Et lux perpetua luceat eis.

Cantores.

ŷ. Requiescant in pace.

R. Amen.

DIA

DIA DE LOS DIEVNTOS.

30.

*Responso primero en el Tumulo.**Cantores.*

Libera me, Domine, de vijs inferni.

Coro.

Qui portas æreas confregisti, & visitasti infernum, & dedisti eis lumen, vt viderent te: * Qui erant in pœnis tenebrarum.

Cantores.

ÿ. Clamantes, & dicentes, aduenisti Redemptor noster.

Coro: * Qui erant in pœnis tenebrarum.

ÿ. Requiem æternam dona eis Domine, & Lux perpetua luceat eis.

Coro: * Qui erant in pœnis tenebrarum.*Cantores:* Kyrie eleison.*Coro:* Christe eleison, Kyrie eleison.*Preste:* Pater noster.*Echa agua bendita, è inciensa, rodeando el Tumulo.*

ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

ÿ. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animas eorum.

ÿ. Requiescant in pace.

R. Amen.

ÿ. Dñe exaudi orationem meam.

Et

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

Absolve, quæsumus Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum; vt in resurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Responso segundo, en la Proceßion.

Cantores.

Credo, quod Redemptor meus vivit,

Coro.

Et in novissimo die de terra surrecturus sum: * & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum.

Cantores.

V. Quem visurus sum ego ipse, & non alius, & oculi mei conspecturi sunt.

Coro: * Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum.

Cantores: Kyrie eleison.

Coro: Christe eleison, Kyrie eleison.

Preste: Pater noster. *Echa agua bendita.*

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Dominus vobiscum.

Q

Et

Rz. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificali, seu Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta, quaesumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Christum Dominum nostrum. Rz. Amen.

Responso ter zero, en la Proceßion.

Cantores.

Qui Lazarum resuscitasti à monumento foetidum:

Coro.

* Tu eis, Domine, dona requiem, & locum indulgentiæ.

Cantores.

ÿ. Qui venturus es iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem.

Coro: * Tu eis, Dñe, dona requiem, & locum indulgentiæ.

Cantores: Kyrie eleison.

Coro: Christe eleison, Kyrie eleison.

Preste: Pater noster. *echa aqua bendita.*

ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

Rz. Sed libera nos à malo.

ÿ. Dominus vobiscum.

Rz. Et cum spiritu tuo.

ORE-

OREMVS.

DEus, qui nos Patrem, & Matrem honorare præcepisti, miserere clementer animabus Parentum nostrorum, eorumque peccata dimitte: nosque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Christum, &c. R. Amen.

Responso quarto, en la Proceffion.

Cantores.

Domine, quando veneris iudicare terram.

Coro.

Vbi me abscondam à vultu iræ tuæ? * Quia peccavi nimis in vita mea.

Cantores.

ÿ. Commissa mea pavefco, & ante te erubefco: dum veneris iudicare, noli me condemnare.

Coro: * Quia peccavi nimis in vita mea.

Cantores: Kyrie eleifon.

Coro: Chrifte eleifon, Kyrie eleifon.

Prefte: Pater nofter. *echa agua bendita.*

ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

ÿ. Dominus vobifcum.

R. Et cum fpiritu tuo.

OREMVS.

DEus veniæ largitor, & humanæ falutis amator, quaefumus clementiam tuam, vt noftræ Congregationis fratres, propinquos, & benefacto-

Q₂

res,

res, qui ex hoc sæculo transierunt, Beata MARIA
semper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis
tuis, ad perpetuæ beatitudinis confortium perveni-
re concedas. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

Responso quinto, entrando à la Iglesia.

Cantores.

Memento mei Deus,

Coro.

Quia ventus est vita mea, * nec aspiciat me visus
hominis.

Cantores.

Ÿ. De profundis clamavi ad te, Domine, Domine
exaudi vocem meam.

Coro: * Nec aspiciat me visus hominis.

Cantores: Kyrie eleison.

Coro: Christe eleison, Kyrie eleison.

Preste: Pater noster. *echa agua bendita.*

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEus, cuius miseratione animæ fidelium re-
quiescunt, famulis, & famulabus tuis, & om-
nibus hic, & vbique in Christo quiescentibus, da
propitius veniam peccatorum, vt à cunctis reatibus

ab-

absoluti, tecum sine fine lætentur. Per eundem
Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Responso sexto en el Tumulo.

Cantores.

Libera me, Domine, de morte æterna.

Coro.

In die illa tremenda, * Quando cœli movendi
sunt, & terra, * dum veneris iudicare sæculum per
ignem.

Cantores.

ψ. Tremens factus sum ego, & timeo, dum dis-
cussio venerit, atque ventura ira.

Coro: * Quando cœli movendi sunt, & terra.

Cantores.

ψ. Dies illa, dies iræ, calamitatis, & miseriæ: Dies
magna, & amara valde.

Coro: * Dum veneris iudicare sæculum per ignem.

Cantores.

ψ. Requiem æternam dona eis Domine. Et lux per-
petua luceat eis.

Coro: * Libera me Domine de morte æterna in
die illa tremenda, * quando cœli movendi sunt,
& terra, * dum veneris iudicare sæculum per
ignem.

Cantores: Kyrie eleison.

Coro: Christe eleison, Kyrie eleison.

Preste: Pater noster.

Echa

Echa agua bendita, è inciensa rodeando el Tumulo.

✠. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

✠. A porta inferi.

℞. Erue, Domine, animas eorum.

✠. Requiescant in pace.

℞. Amen.

✠. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

✠. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Fidelium, Deus, omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optaverunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui vis, & regnas in sæcula sæculorum. ℞. Amen.

✠. Requiem æternam dona eis Domine.

℞. Et lux perpetua luceat eis.

Cantores.

✠. Requiescant in pace.

℞. Amen.





TRATADO IV.

PROCESSIONES, Y OTROS ACTOS

DE

COMUNIDAD.

PROCESSION

DE

SANTISSIMO.

D *Desde que el Preste se buelve al Pueblo con el* 31.
SANTISSIMO, para comencar la Proceesion, ò
desde que se reciben las Andas en ombros de los Sacerdo-
tes, entonan los Cantores el Hymno Pange lingua glo-
riofi, que està en el n. 6. si en algun Altar haze mansion el
SANTISSIMO; despues de la incensacion, en tonan los
Cantores.

ÿ. Panem de cœlo præstitisti eis.

R. Omne delectamentum in se habentem.

En tiempo Pasqual, y en infraoctava de el Corpus se dize:

Alleluya.

Pres-

O R E M U S.

DEus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuæ memoriam reliquisti : tribue, quæsumus, ita nos Corporis, & Sanguinis tui Sacramyteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui vivis, & regnas in sæcula, &c.

De el mismo modo se haze en el fin de la Proceesion, para encerrar el SANTISSIMO, y concludida la Oracion, dà el Preste la bendicion con el SANTISSIMO, como està en el Manual, num. 15.

P R O C E S S I O N E N D I A
D E L A
C O N C E P C I O N.

[32.] *Al tiempo, que comiença à caminar la Proceesion, y dize el Manual n. 297. entonan los Cantores.*

A Ve maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Fœlix cœli porta.

Sumens illud ave

Gabrielis ore

Funda nos in pace,

Mutans Evæ nomen.

Sol-

Solve vincla reis,
 Profer lumen cæcis,
 Mala nostra pelle,
 Bona cuncta posce.
 Monstra te esse Matrem,
 Sumat per te preces,
 Qui pro nobis natus
 Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
 Inter omnes mitis,
 Nos culpis solutos
 Mites fac, & castos.

Vitam præsta puram,
 Iter para tutum,
 Ut videntes IESVM
 Semper collætetur.
 Sit laus Deo Patri,
 Summo Christo decus,
 Spiritui Sancto,
 Tribus honor vnus. Amen.

*Si para el espacio de la Proceſſion, no basta este Hymno,
 se profigue el de Maytines, y despues el de Laudes.*

Quem terra, pontus, sydera
 Colunt, adorant, prædicant,
 Trinam regentem machinam
 Claustrum MARIÆ baiulat.

Cui Luna, Sol, & omnia

R

De

Deserviunt per tempora,
 Perfusa cœli gratia
 Gestant Puellæ viscera.

Beata Mater munere,
 Cuius supernus Artifex
 Mundum pugillo continens
 Ventris sub arca clausus est.

Beata cœli nuntio
 Fœcunda Sancto Spiritu,
 Desideratus Gentibus
 Cuius per alvum fufus est.

Iesu tibi sit gloria,
 Qui natus es de Virgine,
 Cum Patre, & almo Spiritu
 In sempiterna sœcula. Amen.

O Gloriosa Virginum,
 Sublimis inter sydera,
 Qui te creavit, parvulum
 Lactente nutris vbere.

Quod Eva tristis abstulit,
 Tu reddis almo germine:
 Intrent vt astra debiles
 Cœli recludis cardines.

Tu Regis alti Ianua,
 Et aula lucis fulgida:
 Vitam datam per Virginem
 Gentes redemptæ plaudite.

Iesu tibi sit gloria, &c.

Lo mismo se executa en qualquiera otra Procecion de Nuestra Señora ; pero en esta de la Concepcion si ay quien decentemente cante las coplitas de el Mysterio, con el Todo el mundo en general; se puede hazer en todo el espacio de la Procecion. Luego que de buelta se arrodilla la Comunidad en la Capilla mayor, entonan los Cantores la Antifona:

Vnica est columba mea, vna est perfecta mea, vna est genitricis suæ electa : viderunt eam animæ Sanctæ, & immaculatam prædicaverunt. Alleluia.

Cantores.

ŷ. In Conceptione tua , Virgo , immaculata fuisti.

Coro.

℞. Ora pro nobis Patrem, cuius Filium peperisti.

OREMUS.

DEus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti : quæsumus, vt qui ex morte eiusdem Filij sui prævisa eam ab omni labe præseruasti, nos quoque mundos, eius intercessione, ad te pervenire concedas. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

R 2

DIA

D I A D E
N. P. S. F R A N C I S C O.

H Y M N V S.

33.

PRoles de cælo prodijt
 Novis vtens prodigjs,
 Cœlum cæcis aperuit,
 Siccis mare vestigijs.
 Spoliatis Ægyptijs
 Transit dives, sed pauperis
 Nec rem, nec nomen perdidit,
 Factus fœlix pro miseris.
 Assumptus cum Apostolis
 In montem novi luminis,
 In paupertaris prædijs
 Christo Franciscus intulit.
 Fac tria tabernacula
 Votum secutus Simonis,
 Quem huius non deseruit
 Numen, vel omen nominis.
 Legi, Prophetæ, Gratia
 Gratum gerens obsequium,
 Trinitatis officium
 Festo solemniter celebrat.
 Dum reparat virtutibus

Hof.

Hospes triplex hospitium,
Et beatarum mentium

Dum templum Christo consecrat,
Domum, Portam, & tumulum

Pater Franciscæ visita,
Et Evæ prolem miseram

A somno mortis excita. Amen.

Yà de buelta arrodillados en la Iglesia.

Cantores.

Salve Sancte Pater.

Coro.

Patriæ lux, forma Minorum,
Virtutis speculum, recti via, regula morum:
Carnis ab exilio duc nos ad regna polorum.

Cantores.

Ÿ. Ora pro nobis Beate Pater noster Franciscæ.

Coro.

R. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

ORÉMUS.

DEus, qui Ecclesiam tuam, Beati Patris nostri
Francisci meritis, foetu novæ prolis amplifi-
cas: tribue nobis ex eius imitatione terrena despi-
cere, & cœlestium donorum semper participatione
gaudere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*De la misma forma se haze en el dia de Santa Clara, Santa
Rosa, el Titular, &c. que por no ser cosa uniforme
para todos los Conventos, no se pone.*

PRO-

PROCESSION DE LA
CVERDA.

HYMNS.

34.

CRucis Christi mons Alverna:

Recenset mysteria,

Vbi salutis æternæ

Dantur privilegia:

Dum Franciscus dat lucernæ

Crucis sua studia.

Hoc in monte vir devotus

Specu solitaria,

Pauper, à mundo semotus

Condensat Ieiunia:

Vigil, nudus, ardens totus

Crebra dat suspiria.

Solus ergo clausus orans,

Mente sursum agitur,

Super gestis crucis plorans

Mœrore conficitur:

Crucisque fructum implorans

Animo resolvitur.

Ad quem venit Rex è cœlo

Amictu Seraphico,

Sex alarum tectus velo

Aspectu pacifico:

Af-

Affixusque Crucis telo,
Portento mirifico.

Cernit servus Redemptorem
Passum impassibilem,
Sæclorum Imperatorem
Tam pium, tam humilem:
Verborum audit tenorem
Uiro non effabilem.

Vertex montis inflammatur,
Vicinis cernentibus:

Cor Francisci transformatur
Amoris ardoribus:

Corpus verò mox ornatur
Mirandis stigmatibus.

Collaudetur Crucifixus

Tollens mundi scelera,

Quem laudet concrucifixus:

Crucis ferens vulnera,

Franciscus prorsus innixus

Super mundi fœdera. Amen.

Estando yà de buelta en la Iglesia arrodillados.

Cantores.

Coelorum candor splenduit.

Coro.

Novum sydus emicuit, sacer Franciscus claruit,
cui Seraph apparuit, signans eum caractere in vo-
lis, plantis, latere; dum formam Crucis gerere vult
corde, ore, opere.

Can-

ŷ. Signasti, Domine, seruum tuum Patrem nostrum
Franciscum.

℞. Signis redemptionis nostræ.

O R E M V S.

Domine IESU-CHRISTE, qui frigescente
mundo, ad inflammandum corda nostra
tui amoris igne, in carne Beatissimi Patris nostri
Francisci Passionis tuæ sacra stigmata renovasti:
concede propitius, vt eius meritis, & precibus Cru-
cem iugiter feramus, & dignos fructus pœnitentiæ
faciamus. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculo-
rum. ℞. Amen.

P R O C E S S I O N

D E R O G A C I O N E S.

35. *Despues de aver hecho Oracion arrodillados algun breve
espacio, se levantan todos, y entonan los Cantores:*

Exurge Domine.

Coro.

Ad iuva nos, & libera nos propter nomen tuum.

Cantores.

Deus auribus nostris audivimus:

Coro.

Patres nostri annuntiaverunt nobis.

Can-

Cantores.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Coro.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, &c.

Cantores.

Exurge Domine

Adiuva nos, & libera nos propter nomen tuum.

Todos se arrodillan, y los Cantores comiençan: Kyrie eleison, y prosiguen los demàs Versos, respondiendo la Comunidad.

K yrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audinos.

Christe exaudi nos.

Pater de coelis Deus,

miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus,

miserere, &c.

Spiritus Sancte Deus,

miserere, &c.

Sancta Trinitas vnus Deus,

miserere, &c.

Sancta MARIA,

ora pro nobis.

Sancta Dei Genitrix,

ora, &c.

Sancta Virgo Virginum,

ora, &c.

Hasta aqui se ha respondido doble, y todos de rodillas:

ahora se levantan, y se prosigue semidoble.

Sancte Michael,

ora, &c.

Sancte Gabriel,

ora, &c.

Sancte Raphael,

ora, &c.

S

Om-

Omnes Sancti Angeli, & Archangeli,	orate, &c.
Omnes Sancti Beatorum Spirituum Or-	
dines,	orate, &c.
Sancte Ioannes Baptista, <i>S. Joseph</i>	ora, &c.
Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ,	orate, &c.
Sancte Petre,	ora, &c.
Sancte Paule,	ora, &c.
Sancte Andrea,	ora, &c.
Sancte Iacobe,	ora, &c.
Sancte Ioannes,	ora, &c.
Sancte Thoma,	ora, &c.
Sancte Iacobe,	ora, &c.
Sancte Philippe,	ora, &c.
Sancte Bartholomæe,	ora, &c.
Sancte Mathæe,	ora, &c.
Sancte Simon,	ora, &c.
Sancte Thaddæe,	ora, &c.
Sancte Mathia,	ora, &c.
Sancte Barnaba,	ora, &c.
Sancte Luca,	ora, &c.
Sancte Marce,	ora, &c.
Omnes Sancti Apostoli, & Evangelistæ,	orate, &c.
Omnes Sancti discipuli Domini,	orate, &c.
Omnes Sancti Innocentes,	orate, &c.
Sancte Stephane,	ora, &c.
Sancte Laurenti,	ora, &c.
Sancte Vincenti,	ora, &c.
	Sancti

Sancti Fabiane, & Sebastiane,	orate, &c.
Sancti Ioannes, & Paule,	orate, &c.
Sancti Cosma, & Damiane,	orate, &c.
Sancti Gervasi, & Protasi,	orate, &c.
Sancte Berarde,	ora, &c.
Sancte Petre,	ora, &c.
Sancte Accursi,	ora, &c.
Sancte Adiute,	ora, &c.
Sancte Oto,	ora, &c.
Sancte Daniel,	ora, &c.
Sancte Angele,	ora, &c.
Sancte Samuel,	ora, &c.
Sancte Donule,	ora, &c.
Sancte Leo,	ora, &c.
Sancte Huguline,	ora, &c.
Sancte Nicolae,	ora, &c.
Omnes Sancti Martyres,	orate, &c.
Sancte Silvester,	ora, &c.
Sancte Gregori,	ora, &c.
Sancte Ambrosi,	ora, &c.
Sancte Augustine,	ora, &c.
Sancte Hieronyme,	ora, &c.
Sancte Bonaventura,	ora, &c.
Sancte Martine,	ora, &c.
Sancte Nicolae,	ora, &c.
Sancte Ludovice,	ora, &c.
Sancte Benvenute,	ora, &c.

Omnes Sancti Pontifices, & Confessores, orate, &c.
 Omnes Sancti Doctores, orate, &c.
 Sancte Antoni, ora, &c.
 Sancte Benedicte, ora, &c.
 Sancte Bernarde, ora, &c.
 Sancte Dominice, ora, &c.
 Sancte Pater noster Francisce, ora, &c.
 Sancte Antoni de Padua, ora, &c.
 Sancte Bernardine, *S. Jacobe de Marqua* ora, &c.
 Sancte Petre de Alcantara, *S. Francisci Solano* ora, &c.
 Sancte Ioannes de Capistrano, ora, &c.
 Sancte Didace, ora, &c.
 Sancte Paschalis, ora, &c.
 Sancte Ludovice, ora, &c.
 Sancte Ivo, ora, &c.
 Sancte Elzeari, ora, &c.
 Sancte Roche, ora, &c.
 Sancte Conrade, ora, &c.
 Omnes Sancti Sacerdotes, & Levitæ, orare, &c.
 Omnes Sancti Monachi, & Eremitæ, orate, &c.
 Sancta Maria Magdalena, ora, &c.
 Sancta Agatha, ora, &c.
 Sancta Lucia, ora, &c.
 Sancta Agnes, ora, &c.
 Sancta Cæcilia, ora, &c.
 Sancta Catharina, ora, &c.
 Sancta Clara, ora, &c.
Sancta Chatarina de Bononia Sancta

Sancta Rosa de Uiterbio,	ora, &c.
Sancta Anastasia,	ora, &c.
Sancta Elisabeth Hungariae,	ora, &c.
Sancta Elisabeth Portugalliae, <i>S. Marg. Catalana</i>	ora, &c.
Omnes Sanctae Virgines, & Viduae,	orate, &c.
Omnes Sancti, & Sanctae Dei,	intercedite, &c.
Omnes Sancti, & Sanctae trium Ordinum	
Sancti Patris nostri Francisci,	intercedite, &c.
Propitius esto,	Parce nobis Dñe.
Propitius esto,	Exaudi nos Dñe.
Ab omni malo,	Libera nos Dñe.
Ab omni peccato,	Libera, &c.
Ab ira tua,	Libera, &c.
A subitanea, & improvisa morte,	Libera, &c.
Ab insidijs Diaboli,	Libera nos, &c.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate,	Libera, &c.
A spiritu fornicationis,	Libera, &c.
A fulgure, & tempestate,	Libera, &c.
A morte perpetua,	Libera, &c.
Per Mysterium Sanctae Incarnationis	
tuæ,	Libera, &c.
Per Adventum tuum,	Libera, &c.
Per Nativitatem tuam,	Libera, &c.
Per Baptismum, & Sanctum Ieiunium	
tuum,	Libera, &c.
Per Crucem, & Passionem tuam,	Libera, &c.
Per mortem, & Sepulturam tuam,	Libera, &c.
	Per

Per Sanctam Resurrectionem tuam, Libera, &c.
 Per admirabilem Ascensionem tuam, Libera, &c.
 Per adventum Spiritus Sancti Paracliti, Libera, &c.
 In die Iudicij, Libera, &c.
 Peccatores, Te rogamus, audi nos.
 Ut nobis parcas, Te rogamus, &c.
 Ut nobis indulgeas, Te rogamus, &c.
 Ut ad veram pœnitentiam nos per-
 ducere digneris, Te rogamus, &c.
 Ut Ecclesiam tuam Sanctam regere
 & conservare digneris, Te rogamus, &c.
 Ut Dominum Apostolicum, & omnes
 Ecclesiasticos Ordines in Sancta
 Religione cōservare digneris, Te rogamus, &c.
 Ut inimicos Sanctæ Ecclesiæ hu-
 miliare digneris, Te rogamus, &c.
 Ut Regibus, & Principibus Christia-
 nis pacem, & veram concor-
 diam donare digneris, Te rogamus, &c.
 Ut cuncto Populo Christiano pacem,
 & vnitatem largiri digneris, Te rogamus, &c.
 Ut nos metipfos in tuo sancto servi-
 tio confortare, & conservare dig-
 neris, Te rogamus, &c.
 Ut mentes nostra ad cœlestia desi-
 deria erigas, Te rogamus, &c.
 Ut omnibus Benefactoribus nostris

Sem-

Sempiterna bona retribuas, Te rogamus, &c.
Ut animas nostras, fratrum, propin-
quorum, & Benefactorum nos-
trorum ab æterna damnatione eri-
pias, Te rogamus, &c.
Ut fructus terræ dare, & conservare
digneris, Te rogamus, &c.
Ut omnibus fidelibus defunctis re-
quiem æternam donare digne-
ris, Te rogamus, &c.
Ut nos exaudire digneris, Te rogamus, &c.
Fili Dei, Te rogamus, &c.
Agnus Dei, qui tollis peccata mun-
di, Parce nobis Dñe.
Agnus Dei, qui tollis peccata mun-
di, Exaudi nos Dñe.
Agnus Dei, qui tollis peccata mun-
di, Miserere nobis.
Cantores : *Christe audinos.*
Repite el Coro.
Cantores : *Christe exaudi nos.*
Repite el Coro.
Cantores ; *Kyrie eleison.*
Coro : *Christe eleison, Kyrie eleison.*
Preste : *Pater noster.*
ŷ. *Et ne nos inducas, &c.*
ŷ. *Sed libera nos, &c.*

Psal-

Psalm. 69.

DEus in adiutorium meum intende:

Coro de la Hebdomada.

* Domine ad adiuvandum me festina.

Confundantur, & revereantur, * qui quaerunt animam meam.

Avertantur retrorsum, & erubescant, * qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent, & lætentur in te omnes qui quaerunt te, * & dicant semper: Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus, & pauper sum: * Deus adiuva me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu * Domine ne moreris.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

Ÿ. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

Ÿ. Esto nobis, Domine, turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

Ÿ. Nihil proficiat inimicus in nobis.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

Ÿ. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.

R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

V. Oremus pro Pontifice nostro N.

R. Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.

V. Oremus pro benefactoribus nostris.

R. Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. Amen.

V. Oremus pro fidelibus defunctis.

R. Requiem æternam dona eis, Domine, & Lux perpetua luceat eis.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

V. Pro fratribus nostris absentibus.

R. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.

V. Mitte eis, Domine, auxilium de Sancto.

R. Et de Sion tuere eos.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Levantase: **V.** Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R E M V S.

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere: suscipe deprecationem nostram, vt nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat.

EXaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: vt simul nos, & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

OMnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N. & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ: vt, te donante, tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

DEus, à quo Sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: vt & corda nostra.

tra.

tra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

VReigne Sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum, Domine; ut tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

Fidelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, pijs supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, & adiuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Omnipotens, sempiterna Deus, qui vivorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide, & opere futuros esse prænoscis, te supplices exoramus, ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum ad huc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Iesum-Christum filium tuum, qui tecum vivit, & regnat, &c. **R.** Amen.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Ÿ. Exaudiat nos omnipotens, & misericors Dominus.

R. Amen.

Ÿ. Et fidelium animæ per misericordiam Dei

Requiescant in pace. R. Amen.

P R O C E S S I O N

P O R A G V A.

36. **D** Espues de el verso de las Letanias (que en todo lo demás se dizen, como en las Rogaciones, y lo mismo en las siguientes) Vt omnibus fidelibus defunctis, &c. se dize dos vezes el que se sigue, respondiendolo enteramente el Coro:

Ut congruentem pluviam fidelibus tuis concedere digneris.

Te rogamus, audi nos.

Se prosigue lo demás, hasta dezir el Preste:

Pater noster.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

Psalm. 146.

Preste: **L** Audate Dominum, quoniam bonus est Psalmus.

Coro de la Hebdomada.

* Deo nostro sit iucunda, decoraque laudatio.
Ædificans Ierusalem Dñs: * dispersiones Israelis congregabit.

Qui

Qui sanat contritos corde: * & alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum: * & omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster, et magna virtus eius: * et sapientiæ eius non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus: * humilians autem peccatores vsque ad terram.

Præcinite Dño in confessione: * psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit cælum nubibus: * et parat terræ pluuiam.

Qui producit in montibus fœnum: * et herbam seruituti hominum.

Qui dat iumentis escam ipsorum: * et pullis coruorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: * nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum: * et in eis qui sperant super misericordia eius.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

Ÿ. Operi, Domine, cælum nubibus.

℞. Et para terræ pluuiam.

Ÿ. Ut producat in montibus fœnum.

℞. Et herbam seruituti hominum.

Ÿ. Riga montes de superioribus tuis.

℞. Et de fructu operum tuorum satiabitur terra.

ŷ. Dñe exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

ŷ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

DEus, in quo vivimus, movemur, et sumus: pluviam nobis tribue congruentem, vt præsentibus auxilijs sufficienter adiuti, sempiterna fiducialius appetamus.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus, vt qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra aduersa omnia tua semper protectione muniamur.

DA nobis, quæsumus Domine, pluviam salutarem: et aridam terræ faciem fluentis cœlestibus dignanter infunde. Per Dominum nostrum Iesum-Christum filium tuum, qui tecum, &c.

℞. Amen.

ŷ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

ŷ. Benedicamus Dño.

℞. Deo gratias.

ŷ. Exaudiat nos omnipotens, et misericors Dominus.

℞. Amen.

ŷ. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. ℞. Amen.

PRO-

PROCESSION
 POR
 SERENIDAD.

*Despues de el verso : Ut omnibus fidelibus defunctis,
 &c. se dize dos vezes el siguiente:*

Ut fidelibus tuis aeris serenitatem concedere dig-
 neris. Te rogamus audi nos.

Se prosigue lo demàs, hasta

Pater noster.

ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

Rx. Sed libera nos à malo.

Psalm. 66.

Preste : **D**Eus misereatur nostri, et benedicat
 nobis:

Coro de la Hebdomada.

* Illuminet vultum suum super nos, et misereatur
 nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: * in omni-
 bus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi
 populi omnes.

Latentur, et exultent gentes: * quoniam iudicas
 populos in æquitate, et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi

populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos

Deus: * et metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, et Filio, &c. Sicut erat, &c.

ŷ. Adduxisti Domine Spiritum tuum super terram.

℞. Et prohibita sunt pluvia de cælo.

ŷ. Cum obduxero nubibus cælum.

℞. Apparebit arcus meus, & recordabor foederis mei.

ŷ. Illustra faciem tuam, Domine, super seruos tuos.

℞. Et benedic sperantes in te.

ŷ. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

ŷ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentiâ placaris: preces populi tui supplicantis propitius rescipe: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

AD te nos, Domine, clamantes exaudi: & aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus, vt qui iustè pro peccatis nostris affligimur, misericordiâ tua præveniente, clementiam sentiamus.

Quæ-

Quæsumus omnipotens Deus clementiam tuam, vt inundantiam coerceas imbrium, & hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per Dominum nostrum Iesum-Christum filium tuum, &c.

El mismo final, que en la antecedente.

P R O C E S S I O N

E N T I E M P O

D E H A M B R E .

*Se dizen las Letanias, como en las demàs , y se dize dos 38.
vezes aquel verso:*

Ut fructus terræ dare, & conseruare digneris.

T. rogamus, audi nos.

Se acaba lo demàs.

Pater noster.

ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

Psalm. 22.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit.

Coro de la Hebdomada.

* In loco pascuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me : * animam meam conuertit.

V

De-

Deduxit me super semitas iustitiæ: * propter nomen suum.

Nam etsi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: * quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus: * ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam: * & adversus eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: * & calix meus inebrians, quam præclarus est!

Et misericordia tua subsequetur me: * omnibus diebus vitæ meæ.

Et ut in habitem in domo Domini: * in longitudinem dierum.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

Ÿ. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.

R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Ÿ. Oculi omnium in te sperant, Domine.

R. Et tu das illis escam in tempore opportuno.

Ÿ. Memento Congregationis tuæ.

R. Quam possedisti ab initio.

Ÿ. Dominus dabit benignitatem.

R. Et terra nostra dabit fructum suum.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: vt simul nos, & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DA nobis, quæsumus Domine, piæ supplicationis effectum, & famem propitiatus averte: vt mortalium corda cognoscant, & te indignante talia flagella prodire, & te miserante, cessare.

Populum tibi subditum pro peccatis suis fame laborantem ad te, Domine, conuerte propitius, qui quærentibus regnum tuum omnia adiicienda esse dixisti. Qui vivis, & regnas, &c.

El mismo final.

P R O C E S S I O N

A V I E N D O

PESTE, Y MORTANDAD.

En las Letanias, despues de el verso: A morte perpetua, &c. se dize dos vezes el verso siguiente: 39.

A peste, & fame, Libera nos Domine.

Despues de el verso: Ut omnibus fidelibus defunctis, &c. Se dize dos vezes el siguiente verso:

V 2

Ut

Ut à pestilentia flagello nos liberare digneris,
Te rogamus, audi nos, &c.

Pater noster.

✠. Et ne nos inducas in tentationem.

✠. Sed libera nos à malo.

Psalm. 6.

Domine, ne in furore tuo arguas me:

Coro de la Hebdemada.

* Neque in ira tua corripas me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum:

* sana me Domine, quoniam conturbata sunt
ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: * sed tu Domine
vsquequo?

Converte Domine, & eripe animam meam:

* saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: * in
inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas no-
ctes lectum meum: * lachrymis meis statum
meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: * inveteravi
inter omnes inimicos meos.

Descendite à me omnes qui operamini iniquitatem:

* quoniam exaudivit Dominus vocem fletus
mei.

Exau:

Exaudivit Dominus deprecationem meam: * Dñs,
orationem meam suscepit.

Erubescant, & conturbentur vehementer omnes
inimici mei: * convertantur, & erubescant val-
de velociter.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

ŷ. Domine non secundum peccata nostra facias
nobis.

℞. Neque secundum iniquitates nostras retribuas
nobis.

ŷ. Adiuva nos Deus salutaris noster.

℞. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libe-
ra nos.

ŷ. Domine, nē memineris iniquitatum nostrarum
antiquarum.

℞. Citò anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pau-
peres facti sumus nimis.

ŷ. Ora pro nobis Beate Sebastiane.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ŷ. Domine exaudi, &c. ℞. Et clamor meus, &c.

ŷ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

EXaudi nos Deus salutaris noster, & interce-
dente Beata, & gloriosa Dei Genitrice
MARIA semper Virgine, & Beato Sebastiano mar-
tyre

tyre tuo, & omnibus Sanctis, populum tuum ab iracundiæ tuæ terroribus libera, & misericordiæ tuæ fac largitate securum.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, & animarum, & corporum medere languoribus, vt remissione percepta, in tua semper benedictione lætemur.

DA nobis, quæsumus Domine, piæ petitionis effectum, & pestilentiam, mortalitatemque propitiatus averte: vt mortalium corda cognoscant à te indignante talia flagella prodire, & te miserante cessare. Per Dominum nostrum, &c.

PROCESSION
EN TIEMPO
DE GVERRA.

40. *Se dizen todas las Letanias, y en el fin de ellas:*

Pater noster.

ŷ. Et ne nos inducas in tentationem.

Ꝟ. Sed libera nos à malo.

Psalm. 45.

DEus noster refugium, & virtus:

Coro de la Hebdomada.

* Adiutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Pro-

Propterea non timebimus dum turbabitur terra:
* & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, & turbatae sunt aquae eorum: * conturbati sunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio eius, non commovebitur: * adiuva-
bit eam Deus manè diluculo.

Conturbatae sunt gentes, & inclinata sunt regna:
* dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster
Deus Iacob.

Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: * auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: * & scuta comburet igni.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: * exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster
Deus Iacob.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

Ÿ. Exurge Domine, adiuva nos.

℞. Et libera nos propter nomen tuum.

Ÿ. Salvum fac populum tuum Domine.

℞. Deus meus sperantem in te.

Ÿ. Fiat pax in virtute tua.

R. Et abundantia in turribus tuis.

V. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Arcum conteret, & confringet arma.

R. Et scuta comburet igni.

V. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto.

R. Et de Sion tuere nos.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

DEus, qui conteris bella, & impugnatores in te sperantium potentia tuæ defensionis expugnas: auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam, vt inimicorum suorum feritate deprefsa, incessabili te gratiarum actione laudemus.

DEus, à quo Sancta desideria, recta concilia, & iusta sunt opera: da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & Hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

Hostium nostrorum, quæsumus Domine, elide superbiam: & eorum contumaciam dextere tuæ virtute prosterne. Per Dominum nostrum Iesum-Christum filium tuum, &c.

Si

Si la guerra es contra Turcos, Hereges, ò otros Infieles, 41.
se canta en las Letanias dos vezes aquel Verso:

Ut inimicos Sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris,
Te rogamus, audi nos.

Y despues de este se canta vna vez el siguiente:

Ut Turcarum (vel Hæreticorum, &c.) conatus re-
primere, & ad nihilum redigere digneris,
Te rogamus, audi nos.

Pater noster.

✠. Et ne nos inducas, &c. R. Sed libera nos, &c.

Psalm. 78.

DEus, venerunt gentes in hæreditatem tuam,
polluerunt templum sanctum tuum:

Coro de la Hebdomada.

* Posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.
Posuerunt morticina fervorum tuorum escas vo-
latilibus Cœli : * carnes Sanctorum tuorum
beltijs terræ.
Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in
circuitu Ierusalem : * & non erat qui sepeliret.
Facti sumus opprobrium vicinis nostris : * subfan-
natio, & illusio his qui in circuitu nostro sunt.
Usquequò Domine irasceris in finem : * accendetur
velut ignis zelus tuus?
Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt:
* & in regna, quæ nomen tuum nõ invocaverunt.

X

Quia

Quia comederunt Iacob: * & locū eius desolaverūt.
 Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum,
 citò anticipent nos misericordiæ tuæ: * quia
 pauperes facti sumus nimis.

Adiuva nos Deus salutaris noster, & propter gloriam
 nominis tui, Domine, libera nos: * & propitiū
 esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Ne forte dicant in gentibus, vbi est Deus eorum?
 * & innotescāt in nationibus corā oculis nostris.

Vltio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est:
 * introeat in conspectu tuo gemitus cōpeditorū.
 Secundum magnitudinem brachij tui: * posside fi-
 lios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum:
 * improprium ipsorum, quod exprobrauerunt
 tibi Domine.

Nos autem populus tuus, & oves pascuæ tuæ: * con-
 fitebimur tibi in sæculum.

In generationem, & generationem: * annuntiabi-
 mus laudem tuam.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

ŷ. Salvos fac servos tuos.

℞. Deus meus sperantes in te.

ŷ. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

℞. A facie inimici.

ŷ. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

ŷ. Hostium nominis tui Domine elide superbiam.

℞. Et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne.

ŷ. Fiant tamquam pulvis ante faciem venti.

℞. Et Angelus Domini persequatur eos,

ŷ. Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non noverunt.

℞. Et in regna, quæ nomen tuum nõ invocaverunt.

ŷ. Mitte nobis Domine auxilium de sancto.

℞. Et de Sion tuere nos.

ŷ. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

ŷ. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

O R E M V S.

DA, quæsumus, Ecclesiæ tuæ misericors Deus, vt Sancto Spiritu congregata, hostili aulla-
tenus incurfione tuibetur.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

OMnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, & omnium iura regnorum: respice in auxilium Christianorum: vt gentes Turcarum (seu Hæreticorum, &c.) quæ in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur. Per Dominum nostrum, &c.

P R O C E S S I O N
 EN QVALQVIERA
 T R I B V L A G I O N.

42. Dichas las Letanias, como en las Rogaciones, despues de el Pater noster, dize el Preste:

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

Psalm. 19.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis:
Coro de la Hebdomada.

* Protegat te nomen Dei Iacob.

Mittat tibi auxilium de sancto: * & de Syon tuea-
 tur te.

Memor sit omnis sacrificij tui: * & holocaustum
 tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: * & omne con-
 silium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: * & in nomine Dei
 nostri magnificabimur.

Impleat Dñs. omnes petitiones tuas: * nunc cog-
 noyi quoniam saluum fecit Dominus Christum
 suum.

Exaudiet illum de Cœlo sancto suo: * in Potentati-
 bus salus dexteræ eius.

Hi incurribus, & hi in equis: * nos autem in no-
 mine

mine Domini Dei nostri invocabimus.
 Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: * nos autem sur-
 reximus, & erecti sumus.
 Domine saluum fac Regem: * & exaudi nos in die
 qua invocaverimus te.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.
 V. Deus refugium nostrum, & virtus.
 R. Adiutor in tribulationibus.
 V. Salvos fac servos tuos Domine.
 R. Deus meus sperantes in te.
 V. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.
 R. Miserere nobis.
 V. Adiuva nos Deus salutaris noster.
 R. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libe-
 ra nos.
 V. Domine exaudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 V. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

NE despicias, Omnipotens Deus, populum
 tuum in afflictione clamantem: sed propter
 gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus.

Ineffabilem misericordiam tuam, Domine, nobis
 clementer ostende: vt simul nos & à peccatis
 omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur,
 eripias.

Con-

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatae MARIÆ semper Virginis intercessione, à præfenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

TRibulationem nostram, quæsumus Domine, propitius respice: & iram tuæ indignationis, quam iustè meremur, averte.

DEus refugium nostrum, & virtus: adesto pijs Ecclesiæ tuæ precibus auctor ipse pietatis, & præsta: vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

P R O C E S S I O N
E N A C C I O N

D E G R A C I A S.

43. **H***Echa Oracion brevemente, se levanta el Preste, pone incienso, y los Cantores entonan el Te Deum, como despues. Sino basta para la Proceesion, se continua vno, ò mas Psalmos de los siguientes:*

Psalm. 65. Iubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, &c.

Psalm. 80. Exultate Deo adiutori nostro, &c.

Psalm. 148. Laudate Dominum de coelis, &c.

Te

TE Deum laudamus; * te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem * omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli: * tibi Cœli, & vniversi potestates.

Tibi Cherubim, & Seraphim * incessabili voce proclamant.

Sanctus, * Sãctus, * Sãctus, Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt Cœli, & terra * maiestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus * Apostolorum Chorus.

Te Prophetarum * laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus * laudat exercitus.

Te per orbem terrarum * Sancta confitetur Ecclesia.

Patrem * immensæ maiestatis.

Venerandum tuum verum, * & vnicum Filium.

Sanctum quoque * Paraclytum Spiritum.

Tu Rex gloriæ * Christe.

Tu Patris * sempiternus es Fiius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem * non horruisti Virginis uterum.

Tu de victo mortis aculeo * aperuisti credentibus Regna Cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes * in gloria Patris.

Iudex * crederis esse venturus.

Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni: * quos
pre-

pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum Sanctis tuis * in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum Domine: * & benedic hereditati tuæ.

Et rege eos, * & ex tolle illos usque in æternum.

Per singulos dies * benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum, * & in sæculum sæculi.

Dignare Domine die isto * sine peccato nos custodire.

Miserere nostri Domine * miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos, * quemadmodum speravimus in te.

In te Domine speravi: * non confundar in æternum.

Llegando, ò bolviendo à la Iglesia, donde se concluye, dize el Preste arrodillado, como los demàs, los versos siguientes, levantandose despues para las Oraciones.

ÿ. Benedictus es Domine Deus Patrum nostrum?

R. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

ÿ. Benedicamus Patrem, & Filium cum Sancto Spiritu.

R. Laudemus, & superexaltemus eum in sæcula.

ÿ. Benedictus es Domine Deus in firmamento Cœli.

R. Et laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

ÿ. Benedic anima mea Domino.

R.

R. Et noli oblivisci omnes retributiones eius.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

DEUS, cuius misericordiae non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus: pijsimae maiestati tuae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes: vt qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad praemia futura disponas.

DEUS, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuminatione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

DEUS, qui neminem in te sperantem nimium affligi permittis; sed pium precibus praestas auditum: pro postulationibus nostris, votisque susceptis gratias agimus, te pijsime deprecantes, vt a cunctis semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum Iesum-Christum filium tuum, &c.

FORMVLA COMUN

DE ROGATIVA.

Siempre que se pidiere à la Comunidad alguna rogativa por tal necesidad, la Formula comun será la siguiente:

Y

Sub tuum præsidium, &c.

Salve Sancte Pater, &c.

Ad Beati Didaci corpus, &c.

Kyrie eleison, &c. Pater noster.

ŷ. Et ne nos inducas, &c. R. Sed libera nos, &c.

ŷ. Per immaculatam Conceptionem tuam, &c.

R. Defende nos, &c.

ŷ. Ora pro nobis Beate, &c.

R. Ut digni efficiamur, &c.

ŷ. Iustum deduxit Dominus, &c.

R. Et ostendit illi, &c.

(Aqui se añade el verso correspondiente à la necesidad,

como si es Enfermo: Salvum fac servum tuum (ò

ancilliam tuam) Domine: Si es por Caminantes:

Mitte eis Domine auxilium de Sancto: Y de esta

forma, para las demás, se debe aplicar de las mismas

Preces de la Iglesia, que ya quedan puestas.)

ŷ. Domine exaudi, &c. R. Et clamor meus, &c.

ŷ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu, &c.

OREMUS.

Deus, qui per Immaculatam, &c.

Deus, qui Ecclesiam tuam, &c.

Omnipotens sempiternus Deus, &c.

Y luego la Oracion especial de la necesidad, si la ay, y si no,

en todo caso se concluye con la Oracion: Deus refugium

nostrum, & virtus, &c. que es general para toda ne-

cessidad, y rogativa.

En

En las Preces para el buen suceso de Capitulo, Congregacion, &c. se dize la Antifona de el Espiritu Santo: Veni Sancte Spiritus, reple tuorum, &c. en primer lugar, y luego su verso correspondiente: Emitte Spiritum tuum, &c. y despues de los que van puestos, el verso: Memento Congregationis tuæ, &c. En las Oraciones, la primera es: Deus, qui corda fidelium, &c. y la vltima: Actiones, & electiones nostras, &c. En otras rogativas extraordinarias, los mismos Prelados Generales, ò Provinciales, señalan lo que se ha de dezir, y con que orden. Sea todo à mayor gloria de Dios. Amen.

FIN.



IN

INDICE

DE LO CONTENIDO

EN ESTE

QVADERNO

La cita es del numero marginal.

A <i>Sperſion en los Domingos.</i>	11. 1.
<i>Oracion de S. ANTISSIMO.</i>	2.
<i>Dia de Purificacion.</i>	3.
<i>Dia de Ceniza.</i>	4.
<i>Domingo de Ramos.</i>	5.
<i>Jueves Santo.</i>	6.
<i>Viernes Santo.</i>	7.
<i>Preces de la Iglesia por los Enfermos.</i>	8.
<i>Continuacion de dichas Preces.</i>	9. 10. 11. 12. 13.
<i>Administracion de el Viatico.</i>	14.
<i>Extrema-Vncion.</i>	15.
<i>Encomendacion de el alma.</i>	16. 17. 18. 19. 20.
<i>Oficio de Sepultura de los Religiosos.</i>	à 22. ad 25.
<i>Oficio de Sepultura de los Seglares.</i>	26.
<i>Oficio de Sepultura para Niños.</i>	27.
<i>Responſo de los Lunes.</i>	28.
<i>Proceſſion de Animas.</i>	29.
<i>Dia de los Difuntos.</i>	30.
<i>Proceſſion de S. ANTISSIMO.</i>	31.
<i>Proceſſion de la Concepcion.</i>	32.
<i>Proceſſion en dia de N. P. S. Francisco.</i>	33.
<i>Proceſſion de la Cuerda.</i>	34.
<i>Proceſſion de Rogaciones.</i>	35.
<i>Proceſſion por agua.</i>	36.
<i>Proceſſion por Serenidad.</i>	37.
<i>Proceſſion en tiempo de hambre.</i>	38.
<i>Proceſſion en tiempo de peste, ò mortandad.</i>	39.
<i>Proceſſion en tiempo de Guerra.</i>	40.
<i>En guerra contra Turcos, &c.</i>	41.
<i>Proceſſion en qualquiera tribulacion.</i>	42.
<i>Proceſſion en accion de gracias.</i>	43.
<i>Formula comun de rogativas.</i>	44.







7. 1. 1908
Cromwell
de l'Esp.

10-308

10-308